This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at http://books.google.com/

NYPL RESEARCH LIBRARIES
3 3433 00486246 6

THE NEW YORK PUBLIC LIBRARY
ASTOR LENOX & TILDEN FOUNDATIONS

BIBLIOTHECÆ REGIÆ STOCKHOLMENSIS HISTORIA

BREVIS ET SUCCINCTA,

AUCTORE

MAGNO O. CELSIO.

Biblioth. Reg.

HOLMIÆ,

TYPIS LAURENTII SALVII.

ANNO MDCCLI.

THE NEW YORK PUBLIC LIBRARY
ASTOR, LENOX & TILDEN FOUNDATIONS

SERENISSIMO. CELSISSIMOQVE

PRINCIPI.

GUSTAVO.

SVEC. GOTH. WAND.

PRINCIPI. REGIO.

ET.

HÆREDITARIO.

COMMENTARIOLUM. HISTORICUM.
DE.
AVITA.
REGUM. SVIO-GOTHICORUM.
BIBLIOTHECA.
JUVENTUTIS. PRINCIPIBUS.
SCEPTRI. HÆREDIBUS.
UT. OLIM.
ITA. NUNC.
ET. POST. HÆC.
UTENDA. FRUENDA.

Humillimus & devotiſſimus
offert

AUCTOR.

LECTORI
PAULUS SPERLINGIUS.

Quando loquuntur omnes ac deliberant,
Paſſimque vota conferunt in publicum,
Conſilia muti & mortui dant optima,
Nec erubeſcunt, nec verentur quidpiam.
Quod ſi tacere cogis humanum genus,
Vocem tamen haud denegabis literis,
Librisve ſpiritum auſis intercludere.
Quæ nemo dicit, quæque ceteros latent,
Prudens magiſtra antiquitas tibi ſuggeret.

BIBLIOTHECÆ Stockholmenſis REGIÆ HISTORIOLA.

§. 1.

QUanquam vere dici nequeat, antiquiſſimos Sveo-Gothos ingenii & ſcientiarum oſores prorfuiſſe, quum plurima ſuperſint monenta, quæ e contrario teſtantur, eos, diffuſa late admodum per Europæ renes priſci ævi barbarie, & locorum olitioribus gentibus diſtantia, artes ac ntias non infeliciter omnino coluiſſe: n Islandorum, propaginum Scandiaum, ſcriptis, Eddicis præſertim mylogiis, illam reconditæ antiquitatis ientiam agnoverint eruditi etiam ex., ut præſtantiorem venditare vix pos: tempora Græcorum mythica; attan ſeptentrionis noſtri hiſtorias verſanıs, ſi vera fateri ſuſtineamus, in proulo erit, ejus aborigines arma & de-

cus militare ſupremo loco habuiſſe, ſecundum tribuiſſe ingenio, quod vix niſi ad animi recreationem, ad luſus & jocos, atque diſpellendis inertis hyemis ac crepuſculorum tædiis, aptum crediviſſe videntur.

Ab hoc ævo, & his populis librorum, ne dicam bibliothecarum, memoriam arceſſere, ſupervacaneum judicabunt ii, qui ignorant, Scandianos, adhuc gentiles, adeo ſcriptura non caruiſſe, ut literas proprias habuerint, ſi non ante, certiſſime tamen inde ab Odini adventu, h. e. Seculo Chriſtianorum primo vergente, quas fagineis tabulis, *celebre quondam chartarum genus* Saxoni H. D. L. IV. appellatis, plerumque inſculpere conſveverunt Scaldi, antiquioris hiſtoriæ primi interpretes. Immo Runarum notitiam & uſum apud exteros propagarunt Gothi, indicante Venantio Fortunato. Epiſcopo & Poëta VIti Seculi Lib. VIII, Epigr. 18.

Et ne ulterius dubitemus, Snorro, arctoæ pater hiſtoriæ, in Sveciam, regnante SVERCHERO, CAROLI Filio, ſæpius divertens, multa hic loci monimenta, lite-

literis tradita, de Ynglingorum proſapia & Jarlorum originibus, ſive Scaldorum carmina fuerint, ſive annales quicunque alii, Yngvianæ, quam habemus, hiſtoriæ fontes, corraſiſſe creditur, & in Islandiam ſuam asportaſſe. Vid. J. Peringſk. Præf. ad Snorr. Equidem non ſemper ita hujusmodi cimeliorum jacturam fecimus, ut in opere quodam luculento, nam talia Scaldorum fragmenta frequens inſeruit Sturlonides, nobis poſtliminio reſtituta ſint. Longe plura ætas, hoſtilis furor, aut invidia, & exitiales flammæ conſumſerunt. Ne quid de primorum Chriſtianæ religionis propagatorum importuno zelo, vel qui ſeqvuti ſunt, Romanæ ſedis miſſionariorum rapacitate, nunc dicam. Defectum illum ſeptentrionalis hiſtoriæ deplorant Th. Brod. Bircherodius, Epiſtola ad amicum, inſerta Monumentorum Cimbr. & Megapol. Weſtphalii Tomo III. & Cel. Alg. Scarinus, noſtras, Diſſ. de cauſſis def. hiſt. Patriæ.

Elapſis ab accenſa ſanctioris doctrinæ face ſeculis integris, monachi & ſacerdotes in cœnobiis & templis biblio-

thecas colligere incipiebant, quas i
Chriſtianiſmi emolumenta numerat
ſtovius. Præf. ad Vit. Aquil. At
les, quantæ hæ fuerunt? Oppletæ
poſitionibus plusquam ſcholaſticis,
mo barbaris in ſacri codicis libros, u
te: *Gloſſis*, *Roſariis*, *ſummis*, *ſumm*
tum *Poſtillis*, *Lecturis*, *Dictaminibus*,
gendis, *Breviariis*, *Miſſalibus & Anti*
nariis; quibus addas, niſi jam tædeat
rum meminiſſe, *Catenas patrum*, ſeu
tentias, *ſpecula hiſtorialia & moralia*,
que *de rerum proprietatibus libros*; deni
ſpiſſa volumina expoſitionum in Canones l
tificios & Decretalia. Auctores & hiſtc
antiqui, melioris notæ, nantes in
gurgite, rari erant. Qui ſimilium lil
rum A. Epiſcopalis ſedis Upſalenſis C
logum inſpicere non averſetur, Peri
ſköldium adeat, Monum. Upl. T.
p. 311.

Tales monachorum noſtratium
bliothecæ, vel Librariæ, ut voce i
rum utar, locupletiores olim celebrat
tur, *Upſalenſis* in templo Cathedr
Sigtunenſis Dominicanorum, *Vatſten*
Birgittinorum, *Stockholmenſis* Franci
nori

norum, ac denique Benedictinorum *Alvaſtrenſis*, *Varnhemenſis* & *Visbyenſis*, vel rectius *Romenſis* Gotlandiæ; quæ ultima plurimis ſcriptoribus (*a*) laudata, ob magnam, pro iſto tempore, codicum frequentiam, primum locum occupare debuiſſet. In Vatſtenenſis Bibliothecæ incrementum non Pariſiis tantum & Revaliæ multos fuiſſe coëmtos libros, docet illius monaſterii Diarium, ſed & monachos ac moniales libris componendis, exſcribendis, atque etiam ligandis ſtrenuam navaſſe operam. Conf. Alnandri Diſſ. de fatis artis Typ. in Sv. De Archivo antiquo templi Upſalenſis vid. Jo. Gothus, Hiſt. Sv. Lib. XXI. C: 2. Paul. Justenus, Chronici Finl. Auctor, apud Nettelbl. in Bibl. Sveog. & Thunius, additamentis ad V. Palm. Servat in hunc diem templum illud librariam ſuppellectilem, editiones primas patrum & auctorum quorundam veterum, præter alia multa, vix ullius momenti complexam, cujus indiculum in editis nuper ſtricturis exhibuit Pl. Rev. And. Norrelius.

(*a*) Vastov. vit. aquil. in ded. & Cochl. vit. Theod. p. 3. Ed. Per.

LIUS. Sed iſti libri, impreſſi omnes, & proxime ante Reformationem, multi etiam poſt eandem, quos inter BRENTIUS, SLEIDANUS, aliique Doctores Lutherani, huc congeſti, pro ſpecimine eruditionis Svecorum medii ævi, minus apte citantur. (*b*)

Monachis tamen accepta referenda ſunt diaria rerum ſui temporis memorabilium, eccleſiaſticarum pariter ac civilium, laudabili inſtituto in eorum aſceteriis cœpta *&* diligenter interdum continuata. Hujusmodi Chronicia, ab eruditis jam edita & commentariis illuſtrata, in magno pretio habentur. Etenim ſine illis eſſet, in hiſtoria patriæ media nihil fere videremus; quippe deſtituti monimentis actorum publicorum & archivalium antiquis, quæ quondam in chartophylacio Stregnenſi, ab hujus Diœceſis Epiſcopis, tunc Regni Cancellariis, utcunque ſervata, tempore unionis trium regnorum, per myriadas hinc in Daniam migra-

(*b*) De diſperſis olim apud nos Bibliothecis monachalibus & cathedralibus, legas Celeberrimi SCARINI Diſſ. de cauſſis def. Hiſt. Patr.

igrarunt, teſte ERICO XIV. R. S. in iſtoria belli Sveo-Danici.

§. II.

GUSTAVUS I. tandem regno po-:us, cum conceſſos olim monaſteriis, mplis & Epiſcopis, pernicioſa Regum ıpizantium profuſione, publicos fun-ıs vindicare, in animum induxiſſet: & ceſſariam huic negotio requireret no-:iam, e tabulis teſtatorum, aliisque di-omatibus antiquis hauriendam, Eras-um Ludovici, Secretarium ſuum, rei ritum, per parœcias ire juſſit, has un-:unque repetitum. Ille, monaſterio-m cellis templorumque ſacrariis dili-nter ab a. 1527. excuſſis, non ſpernen-m membranarum meſſem collegit, qui-s publicum chartophylacium, GU-TAVI & filiorum temporibus, *Cancel-ia antiqua*, nunc *Archivum regni*, ap-llatum, ſua debet initia. Multa ad e-ı hiſtoriam pertinentia, cum anecdo-aliis plurimis, ſcitu jucundiſſimis, li-llo ſuo inſperſit Eruditiſſimus Thuni-, b. Erici Palmsköldii biographus. Sed & primis GUSTAVI annis,

humaniores literæ, omnisque ſolidior cognitio, poſt cimmerias tot ſeculorum tenebras, in Germania cœperant e favillis erumpere, & brevi per Europam ingens lumen ſpargere. Cujus felicitatis præcipua inſtrumenta divinitus miſſa, MELANCHTHON & LUTHERUS, hic cœleſtem doctrinam, ille profanam eruditionem, a fœdis erroribus, & puerilibus ſcholaſticorum ineptiis repurgaverant. Regem itaque æterna memoria dignum, qui literas ipſe a puero probe edoctus, harum commercium cum duumviris iſtis, diademate fulgens, ſæpius exercuit, bibliothecam ad proprios uſus, quanquam hujus in annalibus nulla mentio ſit, quippe tenuis initio, & Regiæ, quales nunc literatus orbis miratur, nomen vix tuentis, ſibi comparaſſe, nulli dubitamus. Poterat utique GEORGIUS NORMANNUS, frugi Conſiliarius, parta cum eruditis Germaniæ familiaritate, & optimorum, qui tum maxime typis edebantur, librorum notitia, ei collectioni utilem præbuiſſe operam. Neque reticendum ingens commodum, quod ad inſtruendas Bibliothecas a propagata latius

hiſce

e temporibus per Europam arte Ty-
raphica redundavit. Penetraverat il-
ı Sveoniam An. 1483. quo primus,
d ſciamus, liber, ſub tit. *Dyalogus*
'urarum moralizatus i. e. apologos, ad
lum decantatiſſimæ & lepidæ vulpe-
e HENRICI Alcmarienſis, comple-
s, heic editus eſt per JOH. SNELL in
'. Ejus notitiam popularibus litera-
impertierat a peregrinatione redux
biliſſ. GUST. BENZELSTJERNA, Re-
huic Bibliothecæ olim ſumma cum
le Præfectus, tandem Cenſor Libr.
jam ἐν ἁγίοις. Is Librum iſtum, nun-
m in Svecia noſtris temporibus viſum,
ſpexerat Hafniæ apud ARN. MAG-
UM. (*c*) Editionem Colonienſem, bi-
io antiquiorem, poſſidet Bibliotheca
Conf. notæ Rev. A. Ep. ER. BENZ.
Diar. Vatſt. p. 247. & ALNANDRI
t. artis Typ. in Sv: p. 15. & 20. Ty-
;raphia autem patria, quæ ad GUSTA-
'M adeo quaſi in cunis vagierat, ut
il Svetice editum, quod vulgo cum
ɛtu legi poſſet, præter unicum libel-
A 5 lum,

c) Habetur jam in Bibliotheca inſtructiſſima il-
uſſ. *TOTTII*, Conciliarii R. D. intimi,

lum, & illum quidem papizantem: *Then Danske Warfrutiden*, (*d*) alicubi ipſe, ſui regiminis initio, Rex quereretur, teſte TEGELIO T. I. p. 118. Ejus tandem felici cura, & gnaviter præla exercentibus OLAO & LAURENTIO PETRI, magna cœpit incrementa.

Tandem mirari ſatis nequimus, Regem omnis memoriæ maximum, tot obrutum curis in rep. ſtabilienda, ubi nihil non erat ab ovo incipiendum, iis haud tantum ſuffeciſſe, quæ neceſſaria maxime habebantur, ſed & hæc, quæ ornant & perpoliunt, animo complexum. Sollicitus quippe fuit, ut hiſtoria patriæ concinne & decenter conſcriberetur; qui de re conſulantur literæ Regis cum OLAO & LAUR. PETRI commutatæ in horum vita per pl. Rev. HALLMANNUM Quin etiam artes excellentiores, atque eos, qui has profitebantur, ut pictore amavit, & in aula ſua fovit. vid. l. c. p.

§. I

(*d*) Libellus iſte, editus eſt Pariſiis circa a. 1 a Mag. CHRISTIERNO PETRI, Canonic. Lunde qui cum CHRISTIERNO, Tyranno, exul in bantia, factus Lutheranus, hunc & alios a ſe tos libellos papiſticos revocavit. Vid. Danske gaz. ſect. 2. p. 40.

§. III.

ERICUS Rex promtiſſimo ad percipiendas ſcientias & lingvas ingenio præditus, eos in Latina eloquentia progresſus fecerat, ut non ſolum terſiſſimas hoc idiomate epiſtolas cum Melanchthone commutaverit, quarum ſaltem unam exempli loco videſis inſertam Deſcriptioni Bibliothecæ Upſalenſis a Fratre meo O. CELSIO nuper editæ p. 5. Verum etiam luculentam hiſtoriam belli diutini, ſuis auſpiciis, cum Dano geſti, conſcripſerit, dignam, quæ integra ederetur. Etenim non niſi fragmentum ejus breve libro de inſignibus SCHEFFERIANO adnexuerunt Editores. Literæ quarum mentionem fecimus, judicia de libris novis continent, animumque produnt, avidum ea legendi, quæ typis pararentur. Epiſtolam Latinam ERICI XIV. ad ELISABETHAM, Reginam Angliæ, d. 15. Oct. 1563. in notiſſimo procationis negotio, datam inſeruit IMM. WEBERUS, Gieſſenſis Prof. editis a. 1711. anecdotis ad hiſtoriam hujus Regis. Iſti Epiſtolæ plures addere poſſemus ejusdem argumenti & idiomatis, tum & alias La-

tinas

tinas ERICI ad JOHANNEM fratrem ejusque Reginam e carcere datas, his talibus luxuriante monumentorum penu PALMSKÖLDIANO, niſi longius ab inſtituto noſtro hæc abeſſent. Neque noſtrarum nunc eſt partium, fluctuans Regis imperium, & triſtia fata commemorare, quæ inconſtantia animi, & ingenium febricitans ipſi acceleravit. Satis eſt, indicaſſe ardens, quo in literas ferebatur ſtudium: unde non ſine ratione judicari poſſe exiſtimamus, apparatum librorum paternum ab hoc Filio & in pretio habitum, & ope fortaſſis DIONYSII BEUREI, quondam Præceptoris ejus, tandem Conſiliarii, Viri utique docti, auctum fuiſſe & ampliatum. Librum certe ex Bibliotheca BEUREI, cui nomen ille ſuum Runis inſcripſit, vidi ante annos non multos Argentorati apud Illuſt. SCHOEPFLINUM.

§. IV.

JOHANNEM parta in exoticorum Principum aulis multiplex rerum peritia, earumque præcipue, quæ ad ſplendorem Regali faſtigio conciliandum conducunt,

enſus ornavit. Et quod ad literas & varum cognitionem ſpectat, cujus iti heic peculiarem rationem habe-, ſi vel maxime JACOBI TYPOTII, :gyriſtæ, encomio dimidium deroga-r, ſatis tamen laudis ex reliquo in JO-NNEM redundaret. Ita enim ille, ione funebri in memoriam hujus Re-Jpſaliæ habita: *JOHANNES, Dux, entia non modo ſui temporis Principes*, *verum omnium ætatum Regibus & archis antecelluit*. Et mox: *JOHAN-S, Rex, ſciebat Latinè, Henecè, (e) nanicè, Italicè, Anglicè; non ignora-Græcè, Gallicè; omnium lingvarum e-ıeritus*. Id magis compertum habe-, Regem inclytum de avita Biblio-a, in cœnobio inſulano Stockholmi-, juxta memoratos antea Franciſca-ım librarios pluteos, jam aliquamdiu ocata, optime meruiſſe. Refert e-MESSENIUS, Scond. ill. T. VII. p. illam a JOHANNE a. 1575. emta morum librorum inſigni multitudine e locupletatam.

In-

(e) *Henetice*, *forſan Finnice*, inquit Plantin. in de ſub arcto; verum ego *Polonice* potius ex-ıerim.

Inter hæc tamen ſtabat imprudens conſilium Regi, quem in partes Pontificiorum, Conjugis Polonicæ illecebræ & Jeſuitarum molimina pæne neſcientem abſtraxerant, ut deſolata Upſalenſi Academia, Evangelicæ veritatis huc usque acerrima vindice, Collegium Jeſuiticum Stockholmiæ in monaſterio jam dicto erigeretur. Et certe Scholam Theologicam heic ſtatim aperiundam Laurentio Norvego, e Lovanienſi Schola Sacrificulo & Jeſuitæ perſonato, conceſſit. Cui novo Ludimagiſtro utenda tradebatur Bibliotheca cum Regia, tum monaſtica; indultumque ipſi, libros, non e Clarenſi tantum cœnobio, ſed etiam Upſalenſi libraria, quos vellet, ſibi adſciſcere. Notamus enim in tranſitu Upſalenſem Academiam inde ab hoc tempore non omni Bibliotheca caruiſſe. Teſtatur hoc Messenius, qui Lutheri Tomos hinc ad Laurentium transmiſſos, affirmat loco citato. Idemque evincunt quædam Poſtulata Cleri Concilii Upſalenſis, quorum oportunior mentio infra habebitur. Nil tamen obſtare videntur levidentia iſthæc Bibliothecæ

ini-

itia, quin GUSTAVUS MAGNUS,
habet edita nuper Theſauri literarii
pſalenſis hiſtoria, primus ejusdem in-
urator ſalutari mereatur.

Porro, ut ad Liturgiſtas revertamur,
rum alteri e triumviratu, PETRO
ECHTENIO, (Adamum levi errore ap-
llat A. Epiſc. SPEG. in H. Eccl. P. 1. p.
.) Reginæ ſacerdoti, commiſſam fu-
e typographiæ patriæ inſpectionem,
a ad arcendos bonos libros, pravosque
primendos, nequiter abutebatur, nar-
t in Hiſt. Liturg. RAIMUNDIUS. Quam
bſervatiunculam præteriit Diſſertatio-
is de arte Typ. in Sv. Auctor induſtrius.

An. 1586. JOHANNES, Rex,
ibliothecam ſuam iterum ditavit, em-
, per quendam *La Porteum*, Gallum,
agna librorum copia; quod annotatum
peri in adverſariis PALMSKÖLDIANIS.
Ubi, ſi recte annus deſignatus eſt, dif-
ert utique prius augmentum a ſequenti
ſta acceſſione XI. annorum intervallo,
uo minus pro iisdem haberi queant.
Confer Hiſt. Bibl. Upſ. p. 10. Quic-
uid ſit, de incrementis hiſce ſic denuo
MESSENIUS, Ded. ante T. XV. Scond.
ill.

ill. *Noſtra*, inquit, *memoria Glorioſiſſ. Rex JOHANNES maximi pretii & frequentiæ Bibliothecam emerat, quam inaudio magnopère adauctam ex cœnobio Stockholmenſi in acropolin non abſque encomio nuper translatam eſſe.* At obſervamus heic, perperam narratum abſenti Messenio, de translatione in acropolin h. e. palatium Regium; ex dicendis enim patebit, manſiſſe Bibliothecam in monaſterio, usque dum tota, GUSTAVI ADOLPHI munere, Upſalenſi ceſſit Academiæ.

Tandem, mortua CATHARINA JAGELLONIDE, & Clero Sudermanniæ inprimis, ob novos in eccleſia ritus obtruſos, non injuſte murmurante, Liturgicis monſtris, miſſionem e regno dedit JOHANNES. Fechtenius quidem jam an. 1576. Bornholmenſibus ſcopulis appulſus, vitam naufragio finierat, narrante Svenöne Elavio in annalibus MStis. Pater Laurentius autem, & cæteri e Jeſuitarum cohorte an. 1585. ad fidem Messenii, in Scond. ill. T. VII. p. 75. Svecia abeuntes, Rigam alii, alii Brunsbergam, nuper a CATHARINA dotatam ampliſſime papiſticam ſcho-

lam,

lam, conceſſerunt. Attamen, ne ſubſtitutis in Collegio Stockholmenſi Evangelicis Profeſſoribus, NICOLAO BOTNIENSI, ERICO SKINNERO, & PETRO KENICIO, idem, quod ipſis, foret ex laudata Bibliotheca emolumenti, hanc ante abitum harpyæ iſtæ impudenter ſpoliarunt, prout indignabundus queritur ABRAHAMUS ANDREÆ ANGERMANNUS, in Hiſt. Liturgica, cui addas Hiſt. Bibl. Upſ. p. 17.

§. V.

Acerrimæ ſub SIGISMUNDI, Veciæ ſimul & Poloniæ Regis, brevi imperio, turbæ remp. noſtram quaſſarunt, Rege Papicolarum extraneorum Svecorumque Apoſtatarum miniſteriis utente, ad conculcanda patriæ ſacra & ſuprema jura: CAROLO autem, Sudermanniæ Duce, vim vi propulſante, ad eadem defendenda. Ecquis rei literariæ, hujusque ſacrariis publicis, incrementa, & non potius ruinas & expilationes a tanta calamitate expectet? Certe, quicquid promiſerit SIGISMUNDUS, ſolenni juramento Patri obſtrictus, antequam Polonica ſceptra capeſſeret, nihil monumentorum literariorum, vel diplo-

matum publicorum, paſſurum ſe e regno patrio exportari (Conf. Messenii Scond. T. VIII. p. 85.); Svecorum tamen votis hoc in puncto haud magis, quam in ceteris, ſatisfeciſſe putatur. Neque fieri aliter tunc poterat, Rege, quoties Sveoniam inviſeret, Jeſuitarum, jam poſtliminio huc confluentium, agminibus ſtipato. Quatuor omnino numerabantur, tempore SIGISMUNDI, iſtius ſocietatis apud nos Collegia: *Drottningholmenſe*, *Vatſtenenſe*, & *bina Stockholmenſia*. Ejusdem ordinis erant ipſi Nuntii Pontificii, Antonius Possevinus, & fama obſcurior, Fabianus Quadrantinus, cujus tamen citantur ſcripta Baazio in elench. Auctorum, Hiſtoriæ Eccl. præfixo. Is, cum Malaspina, itidem Jeſuita, Regi a. 1593. in Sveciam comes fuit. Laudatus Baazius, Hiſt. Eccl. p. 539. horum memorat propoſitum, reticet autem Alnander in Hiſt. artis Typ. Sv. de evertendis omnibus in Regno Typographicis Officinis, ſpeciatim Holmenſibus, ne harum ope, cum Evangelica veritate, Jeſuiticæ fraudes vulgo innoteſcerent, vel, quod primarium idem addit Baazius,

ne

ne excuderetur Upſalenſis Concilii decretum. Typorum autem damna reparaturi, Bibliothecas in Singulis Collegiis inſtruxerunt, ad guſtum eorum comparatas. Fidem huic aſſertioni faciunt obvii nonnunquam libri, qui hanc in fronte gerunt epigraphen: *Inſcriptus Catalogo ſocietatis JEſu in Svecia.* Nam &, Poſſevino curante, huc advecta ſunt plurima exempla mutilatarum editionum ex ſcriptis Patrum, CYPRIANI, CYRILLI, AUGUSTINI & CHRYSOSTOMI, quarum reliquiæ ſuperſunt in Bibliotheca Cathedrali Upſalenſi. Item alii libri papiſticæ hæreſeos, tunc introducti, utpote *Catechiſmus Caniſii*, *Conſultationes Caſſandri*, *Enchiridion Eccii*, in Sveticam lingvam, iisdem monitoribus, etiam transferendi. Qua de re conferatur NICOL. RAIMUNDIUS in Hiſt. Lit.

Monumentorum literariorum direptionem ſub SIGISMUNDO nuper attigimus. Heic itaque, quando fert occaſio, perterire noluimus JOHANNEM MESSENIUM, Hiſtoricum noſtratum Celeberrimum, qui juſto faventiorem animum & officia Jeſuitis ac Polonicæ factioni clam exhibita plurium annorum carcere Caja-

naburgenſi, finito jam diu iſtius Regis in Svecos imperio, expiare cogebatur. Illum ajunt, proxime ante obitum, qui contigit Uloæ a. 1636. quicquid monumentorum, librorumque hiſtoricorum ex Archivo Regni, aliundeque, conquiſiverat, ut iis in diutino carcere, ad conſcribendam Scondiam uteretur, plenis doliis in Poloniam miſiſſe. Erant in his memorati jam operis autographa auctoris volumina, quibus e ſcriniis GREGORII BORASTI, Boråſia-Gothi, SIGISMUNDI Bibliothecarii, recuperandis, & CHRISTINÆ, Reginæ, reſtituendis, filius ARNOLDUS JOH. MESSENIUS diu multumque laboravit. Vide ejus literas hac de re cum Regni Cancellario, Comite AX. OXENSTIERNA commutatas in NETTELBLADII Biblioth. Sveog. Idem ARNOLDUS poſtea ob Libellos i CHRISTINAM famoſos capitis d mnatus, & moriturus Bibliothecam ſua Reginæ donavit. (*f*) Qualis autem qua ta hæc fuerit ignoratur.

§. VI.

Felicior aura ſub CAROLO I patriam ejusque eccleſiam, & remp terariam afflavit. Multa Rex inclyt

(*f*) Conf. lit. ejus de a. 1951. in ſchedis Palm

mus ſpecimina reliquit ſolidæ eruditionis, & penitioris quidem cognitionis in controverſiis, quas cum Epiſcopo OLAO MARTINI habuit, Theologicis, quam a Principe expectari debeant: Animum etiam literarum cultoribus benevolentiſſimum, Dux adhuc Sudermanniæ, oſtenderat, cum, oppreſſis, ſub JOHANNE, Upſalenſibus Camœnis ſtipem, & tuta in Strengnenſi Schola, halcyonia concederet. Teſtes provocamus literas ejus ad capitulum Stregnenſe, Aurici in Friſia Or. d. 22. Dec. 1577. vulgari lingva, in hunc ſenſum ſcriptas, & Collectioni MStæ ſtatutorum eccleſiaſticorum Nordbergianæ, quam nunc ſervat Biblioth. Stockh. publica, inſertas: *Certiores redditi, Academiam Upſalienſem non fore diutius in priſtino flore perſtituram, neque ſtudioſos, quos illuc miſimus, noſtra ſtipe alendos, poſſe ulterius ibidem in literis progredi, utile judicavimus, eosdem domum revocare, ut inter minores Ducatus noſtri Scholas dispertiti, Ludimagiſtris auxilio ſint, donec, appropinquante vere, ordinemus de eorum ablegatione ad exoticas Academias, quo cœptis ſtudiis impenſius queant vacare.*

Præclarius autem ab Upſalenſibus

Muſis, poſt fata JOHANNIS, meruit CAROLUS, ereptum decus illis reſtituendo, quod ipſum Clerus Regni, in nationali Concilio anni 1593, ampla commendatione, haud ægre ab illo impetravit. Conf. Articulos a 48. ad 56. incl. in Poſtulatis Cleri. Ejusdem beneficentisſimi Principis, Ducis, vel etiam Regis creati, cura reſtauratum Regni Archivum, cui Præfectos induſtrios, & locum commodum in penetrali arcis Holmenſis, capſas item, & repertoria, adſignavit. Laudat hæc omnia Polyhiſtor THUNIUS in V. P. p. 27. Peculiarem literariam ſupellectilem Strengneſiæ habuit Dux adhuc Sudermanniæ, cujus librum conſpexi initialibus literis inſignitum C. D. S.

Atqui ut tam ſollicitas Bibliothecis patriæ publicis curas impendere potuerit, inquieta bellonæ furiis tempora, & expectato citius ingruens fatum, non ſiverunt. Legimus quidem in citatis ſuperius poſtulatis, Articulo LXII. cautum, *ut Academiæ Bibliotheca in Catalogos redigeretur, & Stockholmenſi etiam Regiæ melius proſpiceretur.* Quousque autem *hoc*, ſuperſtite CAROLO, exſequutum

ſit,

ſit, æque haud conſtat. De ingenii cultura, quam ex literis & librorum lectione quærebat Conjux CAROLI, CHRISTINA, ejusque Filia, MARIA ELIZABETHA, ſufficiet adduxiſſe quædam huc ſpectantia ex epiſtola ad Reginam illam JOHANNIS SKYTTII, Legati ad Angliam, data Hamburgi d. 11. Martii, 1610. *In memoriam*, inquit, *revocet M:tas V:ra, ſignificatum mihi fuiſſe, non diſpliciturum M:ti V:ræ, ſi Principi gratioſiſſimæ MARIÆ ELISABETHÆ librariam ſuppellectilem, in exoticis hiſce terris, compararem, qua tempus utiliter terere poſſit. Emi itaque libros iſtos Hamburgi: Et quoniam mihi perſpectum pariter habeo, M:ti V:ræ utilem & jucundam lectionem in deliciis eſſe, etiam non nullos libros peculiari M:tis V:ræ uſui comparavi.* Habentur ipſæ literæ, Svetice ſcriptæ, in PALMSKÖLDIANIS.

Ceterum Stockholmenſi Bibliothecæ JOHANNES THOMÆ BUREUS, qui actis Archivi Regii in pluteos diſtribuendis, aliisque publicis gravibusque negotiis expediundis, hactenus adhibitus fuerat, ſtatim poſt reditum e Dania, quo fecialis, ſub ipſo belli initio, clarigatum

mittebatur, circa menſem Majum, vel Junium, anni 1611. primus Bibliothecarius a CAROLO datus eſt. Iſte Vir, Regio Archivo ſimul Præfectus, Polyhiſtor ſui temporis, quo tam multivaria ſcientiarum lingvarumque cultura noſtris infrequentior erat, cenſebatur. Nam humanioribus literis optime imbutus, poëſin vernaculam Latinamque haud infeliciter exercuit: & in mathematum ſcientiis, Geometria, Aſtronomia, Mechanica, Chymia, probe verſatus, hujus cognitionis utilia ſpecimina non ſemel dederat. Theologus autem & Orientalium Lingvarum ſtudioſus, nil quidem non ſublime captavit, ſed & myſticis ſimul inanibusque cabbalæ tricis adeo deditus, ut in his non ſapientiam ſolum, ſed & voluptatem ſummam poſuiſſe videatur. De hoc Noſtri ſtudio mitiſſimus ita judicat MARTINUS BRUNNERUS in panegyri, apud THUNIUM libro cit. p. 50. *Neque vero importuno ſtudio*, inquit, *ſed ingenio ſublimi, aut conditioni humanæ, tribuendum erit, ſi crediderit quædam Bureus, quæ illi occultior philoſophia, non ulla opinionum libido ſuggeſſerat. Tendebat ad difficillima quæque cognoſcendi ardor, qui re-*

rerum magnitudine occupatus, ſui ipſius impetu ſæpe frangitur. Præcipue Bureani nominis celebritatem auget, quod, ad informandum Principem GUSTAVUM ADOLPHUM, Johanni Skyttio adjungi, dignus ſit habitus. Hæc cauſſa illi & occaſio fuit edendi antiquum & vere aureum librum de *inſtitutione Regia*, Svetice *Styrilſe Konunga och Höfdinga.* Cujus licet auctor non fuerit, ipſius tamen honori cedit, a nonnullis pro auctore habitum fuiſſe. Tandem primus Regni Antiquarius factus, eam in depingendis, legendis & explicandis Runicis monumentis, aliisque antiquitatis reliquiis, induſtriam adhibuit, ut Ol. Wormio, Dano, qui harum integrum volumen in fol. edidit, cui vero editos rhythmos Sveticos oppoſuit Bureus, hujus literaturæ peritior æquis rei æſtimatoribus judicetur. Conf. Verel. Runogr. Scand. initio. *Adelrunæ*, operis Bureani, inediti, de *recondita antiquorum Scondianorum ſapientia*, ſufficientem impertiet ideam Schefferus, in tractatu de inſignibus Ѕveciæ, cui plurimas ejus lacinias inſperſit. Antiquarii ſtudii illecebræ Noſtrum duce-

bant, ad inveſtigandam propriæ gentis originem, quam reperiſſe ſibi perſuadebat, in FALONE BUREO, Seculi XI. heroë Norlando, & cædis ERICI ſancti vindice. Obiit BUREUS ſenex octogenarius an. 1652. in Wärdsåtrenſi prædio, prope Upſaliam, ubi ultimos annos in otio literario transegerat. Momenta vitæ ejus plenius enarrat ſæpe nobis laudatus THUNIUS in V. P. p. 47. ſeq.

§. VII.

Sed Bibliothecæ iſtius, cui BUREUS curas devoverat, aliæ, poſt fata CAROLI, vices fuerunt. Enimvero GUSTAVUS ADOLPHUS, Rex, omnibus iis virtutibus, quæ Principis memoriam æternitati conſecrant, MAGNUS, ſvaſu memorati jam nobis SKYTTII, primi Upſalenſium Camœnarum Cancellarii, & Comitis AXELII OXENSTIERNÆ, dignis tanto Rege Conſiliariis, apud animum ſtatuerat, Academiam illam ad hunc felicitatis apicem extollere, quo jam cum florentiſſimis, per Europam univerſam, muſarum palæſtris certare poteſt. Neque res intra vota ſubſtitit. Adſunt codicilli, etiam typis impreſſi, *liberalitatis* auguſtæ interpretes, qui Up-

ſalen-

ſalenſe Lyceum privilegiis, ſtipendiis, & hæreditariis Vaſeæ gentis fundis, an. 1621. ampliſſime dotarunt. Qua tamen munificentia non ſibi ſatisfeciſſe videtur Rex glorioſiſſimus. Anno enim, quem diximus, avitam illam inſtructiſſimamque Bibliothecam eidem Academiæ dono dedit *Conceſſit*, inquit BAAZIVS, invent Hiſt. Eccl. Sv. p. 684. *Patriæ Academiæ omnem avitam bibliothecam, a piis doctisque Regibus Sveciæ, ſuis Anteceſſoribus, proximo Seculo, collectam, & hæreditate ſibi relictam, quam totam in Archivum Academiæ transportari curavit.* Adde SCHEFF. Upſ. Ant. p. 267. Ideoque primus, ut in ſtatua marmorea Upſalenſi celebratur, Auctor extitit ſplendidisſimi, quo hæc Apollinis hyperboræi ſedes jam ſuperbit, librarii theſauri. Conſtitutio Regia GUSTAVI ADOLPHI, *de Academia Upſalenſi, ejus reditibus, expenſis &c.* data Stockh. d. 7. Jul. 1621. §. 4. innuit, Bibliothecam iſtam e templo cœnobii Riddarholmenſis, quo loco usque hoc temporis manſerat, Upſaliam fore transportandam. Ita enim illa, Latine reddita: *Bibliothecæ inſtaurandæ librarias illas dono dedimus, quæ* heic in clau-

ſtro

ſtro nobis ſervantur, inque ejus incrementum, ducentorum thalerorum annuum reditum adſignavimus. Unus autem e Profeſſorum ordine Bibliothecarius erit, qui librorum curam geret. De cetero amplior & ornatior domus in Bibliothecæ uſum ædificabitur.

Quam inſigniter hæc Bibliotheca, jam Upſalenſis, e Germanicis ſpoliis poſtea aucta fuerit, imperium Cæſaris victrici ferro concutientibus GUSTAVO MAGNO & Filia CHRISTINA, nihil attinet heic dicere, quum præconem iſtius felicitatis ſingulari ſcripto nuper egerit Frater meus OL. CELSIUS. Breve fuit, ut laude plenum, vitæ curriculum Herois invicti, qui ſucceſſoribus ſuis, cum ſceptro Svedico, curam dereliquit reſtaurandæ Bibliothecæ Stockholmenſis.

§. VIII.

Et hæc quidem gloria auſpicato ad CHRISTINAM, illam arctoi orbis Minervam, devoluta eſt. Ipſa enim adhuc minorenni, Tutores Regii, genio ejus ad colendas literas nato mature proſpicientes, demeſſa priſtina librorum meſſe, reliquiarum ſpicilegium inſtitue-

runt:

runt: & hoc inſuper an. 1634. auxerunt, adveniente ex Germanicis manubiis cumulo. Tametſi enim Herbipolenſem Bibliothecam ſtatim poſt hujus urbis expugnationem Upſalenſi Academiæ legaverat GUSTAVUS ADOLPHUS, ejus tamen pars eximia & potior, poſt fata Regis, decernente Senatu, novis ceſſit librorum armariis, Stockholmiæ in arce Regia inſtruendis. Ita nimirum fert Reſponſum Regium, datum d. 17. Nov. an. 1635. ad Poſtulata Profeſſorum Upſalenſium, §. 3. *Quod ad Bibliothecam* (Herbipolenſem) *attinet, quam a R:a M:te Senatus Academicus expetiit, R:a M:tas prius vult ſeligendos, & heic retinendos, illos libros, qui R:æ M:tis ſtudiis nunc & olim inſervire queant. Reliqui, exceptis duplis, Bibliothecæ Academicæ dono mittentur.* Diploma autem GUSTAVIANUM, cujus mentionem intermiſit Upſalenſis Bibliothecæ Hiſtoricus, Germanicæ exaratum, noſtro idiomate heic reddere, non abs re duximus:

Nos GUSTAVUS ADOLPHUS &c. &c. &c. Hiſce teſtatum facimus, Upſalenſi Academiæ, pro ſingulari favore, quo illam

amplectr-

amplectimur, collocatam heic in arce Bibliothecam, cum re omni, quæ ad eam pertinet, Nos dono clementiſſimo dediſſe; eamque ob cauſſam, pari clementia injunxiſſe Concionatori Noſtro aulico, Magiſtro Johanni, ut ejusdem Catalogum adornet, & inſpectionem ſibi habeat commendatiſſimam. Quapropter etiam Præfecto arcis Noſtræ ſignificatum voluimus, nihil plane ex illa Bibliotheca ulli alii, quam prædicto Magiſtro, extradi debere. Adeo ut, ſi quis ſibi præſumat, e Bibliotheca quidpiam, contra voluntatem hanc Noſtram tollere, vel quocunque modo abalienare, ad reſtituendum promtiſſime, & quamprimum iſtius defectus notitia haberi poſſit, additis offenſæ Noſtræ minis, cogi debeat. Quibus voluntati Noſtræ clementiſſimæ ſatisfactum ſiet. Dat. Herbipoli d. 6. *Novembr.* 1631.

Non omnis tamen Bibliotheca illa in Svecorum manus venit. Ita enim Nova Literaria Göttingenſia anni 1747. p. 875. ubi direptionis Bibliothecæ Herbipolenſis mentionem faciunt: *Wobey wir gedencken, das K. GUSTAVUS ADOLPHUS den rechten ſchatz von den älteſten handſchrifften, der zur vorſicht vermauret*

war

war, und nur vor wenig jahren von ungefehr wieder entdecket worden, zu Würtzburg nicht gefunden habe. Et epigraphe, addita volumini MSto operum divi LUTHERI, in Bibliotheca Auguſta Wolffenbuttelenſi adſervato: FRANCISCUS *D. G. Bambergenſis & Herbipolenſis Epiſcopus, Franconiæ Dux, hunc, cum aliis fere IV. librorum millibus, pleroſque a Svecis bello raptis, a Cæſareano milite iterum ereptis, & ære ſuæ Celſitudinis redemtis, munificentiſſime clementiſſimeque donabat Collegii ſoc. JEſu Herbipolenſis Bibliothecæ, verus eiusdem reſtaurator.* Leguntur illa in JAC. BURCKHARDI Hiſt. Bibl. Wolff. p 242. Rectius autem indicare videntur: direpta antiqua Herbipolenſi Bibliotheca, quam, cum Academia ipſa, vergente ad finem Seculo XV. fundaverat iſtius diœceſis Epiſcopus, & Franconiæ Dux, JULIUS ECHTER, novæ inſtituendæ auctorem fuiſſe FRANCISCUM, recuperatis & huic donatis librorum millibus, Svecorum antea factis aliunde ſpoliis. At Herbipolenſis Bibliothecæ & Academiæ verus Reſtaurator, noſtra memoria, extitit IOHANNES PHILIPPUS

FRAN-

FRANCISCUS, Epiſc. Herb. & D
Franc. a. 1724. fato functus.

Erbachio etiam, Franconiæ op
do, totam Benedictinorum Monac
rum Bibliothecam, ſub expeditione
Germanica GUSTAVI, in Sveci
translatam, memorat ex Ber. opp. p. 1
Rev. Ep. GEOR. WALLINUS in C
lectionibus Gotlandicis p. 48. Immo
eximiis horum temporum e Germani
terata avectis in patriam noſtram ſpol
confer HUETII deſcriptionem Bibliot
cæ Stockholmenſis in Commentariis
fra citandis, & JOHANNIS RHODII, I
ni, Epiſtolam ad NIC. HEINSIUM,
Syll. Epiſt. BURM. T. 1. p. 452.
ſignificat, *petiiſſe ſe a Legato apud CHI
STINAM Danico*, PETRO JUELIO, *c
talogum MStorum, quos e Germania tra
miſerat Auguſtus ille GUSTAVUS.*

§. IX.

An. 1634. d. 26. Martii novo M
ſarum Sacrario Stockholmenſi Bibliotl
carius conſtituebatur LAURENTIUS FO
NELIUS, ut diploma ipſum amplius e
plicat, hoc ſenſu: FORNELIUS *Bibliot.*

cæ præficeretur Regiæ & publicæ, tam antiquioris, quam novæ: injunctumque ipſi ſimul foret, GUSTAVI ADOLPHI, & præcedentium Regum Sveciæ, res geſtas, prout de ſingulis mandata Reginæ acciperet, Latino ac decoro ſtylo, deſcribere. Cui labori inſervientia monumenta e Cancellaria Regni, jure jurando, de fide & ſedulitate obſtrictus, depromeret. Ille, elapſo anno, d. 5. Nov. hinc Upſaliam ad Profesſionem poëticæ vocatus eſt. Vir pietate & eruditione conſpicuus, qui utriusque laudis ſpecimina dedit, editis doctiſſimis, ſub *poëticæ tripartitæ* titulo, lucubrationibus, libello peritis æſtimatiſſimo, quique Voſſiano ejusdem argumenti, quem tempore antecedit, nihilo inferior habetur: ac relicto poſthumo *homiliarum Sveticarum* volumine. Noſter, adhuc juvenis, & tempore expeditionum Germanicarum GUSTAVI ADOLPHI, apud exteros peregrinator, etjam præſens ad fatalem Lutzenam, teſtem ſe ipſum de cæde Herois, in condito ſibi epitaphio apud Veterem Upſaliam, cujus Eccleſiæ Antiſtes erat, ita exhibere videtur:

C Gothia

Gothia me genuit, Batavi fecere Magiſtrum,
Upſalia excepit, porticus hic ſepelit.
Me melius nemo GUSTAVI vulnera, Regis,
Vidit: hoc in ſaxo, Lector, habeto novum.

Ne quis autem putet, unum vidiſſe Fornelium, quod totus orbis adhuc ignorat, iſthoc tetraſtichon id tantum deſignare, ſciat: adſtitiſſe Noſtrum funeri Regis, cum lavaretur & ſarcophago imponeretur. Vir de cetero facetus, ut inter alia multa, fidem facit alterum hoc ejus diſtichon, locum & tempus commonſtrans, quo poëticæ ſaxum volverat Auctor, non ſatis validum tamen pro ſitu Thules argumentum a nonnemine (*f*) adductum:

Per meſſes lætas trigeſima tranſiit ætas,
Dum doceo in Thule: Tityræ tu patulæ.

Carmen Leoninum Fornelii, unde excerptum hoc diſtichon, ſcriptum in honorem Gustavi Adolphi De-La Gardii, Rectoris Academici, editumque Ups. ap. Curionem in fol. ſine ment. anni. Omiſſum tamen Bibliothecarum Sveticarum Collectoribus induſtriis.

Na-

(*f*) Karlſtr. Diſſ. de ſitu Thul.

Natus Fornelius A. 1605. Ob. 1673. d. 18. Jul. Scripta ſua, quæ inedita habuit plurima morti vicinus igni tradidit cremarique ipſe coram conſpexit; Edita recenſentur Scheffero & Stiernmanno. Vitam noſtri ab ipſo ſcriptam, & funebris elogii loco, e ſuggeſto Upſaliæ veteris, prælectam, nobiscum autem a Cel. Prof. Pet. Ekermanno benivole communicatam, ad Biographias illuſtrium & eruditorum Svecorum, opus, ſi vitam concesſerit DEus, olim edendum, reſervamus.

§. X.

Qui Fornelio, in bibliothecariatu, hoc tempore ſucceſſerit, reperi neminem. Et fatendum, obſcuri nominis huc usque fuiſſe Bibliothecam CHRISTINÆ. Ejus enim ne verbo quidem meminit Carolus Ogerius, Avauxio, Legato Gallico, an. 1634. in Sveciam comes: qui ſingula Stockholmiæ memoratu digna, edito itinerario Svetico, Danico & Polonico, libro jam rareſcenti, deſcripſit. Ille utique Bibliothecæ Regiæ mentionem non neglexiſſet, ſi

hanc laudari & publicis uſibus aperiri, audiviſſet. Nam Gazophylacium regni, multiplicem eximii pretii ſupellectilem, numiſmata rariora, & tabulas pictas, complexum, commemorat p. 250. ubi etiam pictores celebres, iſtarum auctores, ALBERTUM DURERUM, utrumque LUCAM, REFINGERUM, & FESELIUM, operoſe enumerat; additque, tabulas ipſas, adpictis armis Bavaricis, locum indicaſſe, unde a milite Sveco direptæ fuerint. Denique numarias capſas deſcribit, quæ optimas numiſmatum Romanorum, aureorum etiam & argenteorum, ſeries, a JULIO CÆSARE ad HADRIANUM, centenarium pro quovis Cæſare ſuperantes, oculis curioſis ſtiterunt luſtrandas. Hos numos e diverſis RUDOLPHI II. Imp. numophylaciis, Germanici belli manubiis, collectos, & ſuccedente tempore inſigniter auctos fuiſſe, aſſerit El. BRENNERUS in Theſauro num. p. 249. De Globis Norimbergenſibus, ut hæc ſequentia Ogerii, ſaltem animi cauſſa, exſcribamus, veniam Lectoris benivoli nobis paciſcimur: *ſunt*, inquit p. 252, *in Gaza Regia Stockholmenſi duo, terreſtris*

reſtris cœleſtisque, globi argentei, quos civitas Norimbergenſis GUSTAVO, eximio opere cælatos inſculptosque, obtulit, cum ſe ab illius impreſſione redemerunt. Secti vero ſunt illi globi horizonte tenus, ita ut ſuperiori parte, quæ operculum eſt, demta atque ſublata, inferior, crateris loco, ad bibendum ſerviat. Unde apparet, multo accuratius, quam Anacreontem ipſum, Germanos iſtos in materia bibendi eſſe philoſophatos, cum ille cœlum & terram per vices bibere, ac ſeſe exhaurire, fingat, iſti vero cœlum & terram perpetua pocula & crateres eſſe voluerint. Animadverto tamen in annalibus noſtris, hujusmodi globum cœleſtem, ex auro ſolido, a CAROLO V, Rege Galliæ, Imperatori CAROLO IV, cum e Gallia diſcederet, in amicitiæ teſſeram, donatum fuiſſe. Quid iſtis argenteis globis poſtea factum ſit, jam plane neſcimus.

Ante GUSTAVUM ADOLPHUM & CHRISTINAM, Nobiles Sveci, & primariæ etiam inter eos dignitatis Viri, ne de plebejis loquar, plurimarum elegantiarum rudes fere & ignari, quibus exteri in cultioribus Europæ partibus animos jam tum perpolitos emolli-

mollitosque reddiderunt, non tam vario illo ornatu, qua pacis artes aluntur, & incrementa capiunt, palatiorum, inquam, periſtromatum, hortorum & ambulacrorum ſplendidis ac ad delicias compoſitis apparatibus, quos inter Bibliothecæ inſtructiores Viris principibus nonnunqnam haberi ſolent, quam ingenua ſimplicitate, nativa urbanitate, & armis, inclareſcere voluiſſe, viſi ſunt. Appoſite in hanc rem Ogerius ille, qui, cum tenuitatem & cultum ſimplicem villæ cujusdam ſuburbanæ Illuſtriſſimi JACOBI DELAGARDII graphice deſcripſiſſet, hoc elogium Domino apponit: p. 249. *Sub tenui modicoque tecto ingentis animi & comitatis Virum conſpeximus: & cui olim in hiſtoriæ monumentis nihilo inferior tribuetur locus, quam iis, qui marmoreas aureasque villas condiderunt.* Poſtea vero, excusſis, in militari peregrinatione, florentiſſimarum urbium, & monaſteriorum, Bibliothecis, muſeis ac gazophylaciis, deguſtatoque harum terrarum luxu, noſtrarum copiarum Duces, non iſtis tantum ſpoliis onuſti, ſed & magis idonei harum amœnitatum æſtimatores, in pa-

triam

triam remearunt. Audiendus hic rurſus OGERIUS, de primo quaſi æmulo peregrini apud nos ſplendoris, Senatore Regio, LAURENTIO von der LINDE, quem VANDERLINUM ſcriptor GALLUS appellat. *Ejus domus, inquit, tota urbe ſplendidiſſima, ubi plurimas vidimus tabulas atque ſigna, quorum Catalogum habeo, propter inſignium artificum & pictorum nomina. Sunt illa Herbipolis, Monachii, aliarumque captarum a GUSTAVO urbium ſpolia. Neque enim veteres Sveci iſtis comparandis pecuniam ſuam impenderant.* Et ad villam ejusdem ſuburbanam * invitatus, cum AVAUXIO, ad S. CLODOVÆUM, prope Pariſios, degere ſibi viſus eſt. Tantus heic, cum Gallici ſermonis frequentia, oſtendebatur palatii, ambulacrorum & fontium ſalientium ornatus & ſplendor.

§. XI.

Inter hæc Regina, ductore JOHANNE MATTHIÆ, poſtea Epiſcopo Strengnenſi, ſtupendos in lingvis ſcientiisque progreſſus fecerat. Ipſa utique, emicantibus ultro divini ingenii igniculis, ejusque Miniſtri, in rebus gerendis dex-

(*) Malmwijk.

terrimi, toga & ſago, Svecani nominis decus ad ſummum apicem, unitis viribus extollebant.

Annis ultimis belli Germanici, integræ Bibliothecæ ex Moravia & Auſtria in Regiam Stockholmenſem confluxerunt. Harum transportandarum curam habuit JOHANNES BUSSOVIUS, Commiſſarius rei bellicæ, cui hæc & alia merita nobilitatis axiomate rependebantur a CHRISTINA An. 1652. d. 6. Nov. ut fert ipſum diploma, a PALMSKÖLDIO citatum, in ſchedis. Hiſtoria Bibl. Upſ. BUSSOVII merita & honores ad tempora CAROLI GUSTAVI transfert.

In iſtis ſpoliis erat tota Bibliotheca, cum Catalogis plurium Voluminum, (g) Illuſtriſſ. Principis, PETRI VON Urſini, qui *Dominum de* ROSENBERG, *ultimum & ſeniorem*, *atque e Primatibus Bohemiæ Celſiſſimum & antiquiſſimum* ſeſe appellavit, adſcripto libris magno numero adhuc ſuperſtitibus titulo & armis, quæ hinc *Urſum* inde *Roſam* repræſentant. De Urſinæ gentis antiqua origine, Germa-

(g) Horum tria nobis reſtant.

ni & Itali inter ſe contendunt. (*b*) jus ſurculi late olim per Carinthiam Carniolam ſparſi, affinitates etiam n regnatricibus quondam Sveciæ, niæ & Norvegiæ domibus venditant. nf. STRIMESII annot. ad Novellas an- :724. p. 203. edit. Svet. PETRUS ille, MARQUARDUS FREHERUS editum 1607. Hanoviæ apud Vechelios in fol. ſmæ Pragenſis Chronicon Bohemi- n dicaverat, ob ſingularem literarum orem, grata Viennenſium Erudito- n memoria in hunc usque diem peren- . Comperi enim illos a Nobiliſſ. STAVO BENZELSTIERNA literis ante os non ita multos flagitaſſe anecdota Urſina gente, quæ, cum Bibliothe- PETRI URSINI, huc migraſſe, per- am ſunt ſuſpicati.

Erat & in hiſce Olomucenſium iitarum Bibliotheca, quam Illuſtriſſ. RSTENSONIUS, capta an. 1641. hac e, in Sveciam transferri curavit,

b) De COLUMNENSIBUS Italiæ, tum & URSINIS OSENBERGiis Conf. WOLFG. LAZIUS de Migr. t. in Præf. item Lib. XII. p. 675.

Olomuzium, inquit Loccenius, Hiſt. Sv. Lib. IX. p. m. 667. *Moraviæ caput, omnis generis pretioſis rebus & opibus referta fuit: ſed quam, præ aliis, ſolam æſtimabat Regina, inſigni Bibliotheca ſibi transmiſſa.* Hujus portionem in Upſalenſem Bibliothecam veniſſe, ejus teſtatur nuper edita hiſtoria, partem etiam Stregnenſi ceſſiſſe, infra videbimus. Stockholmenſis autem libros ſervat longe plurimos, qui hanc oſtendunt in fronte epigraphen: *Collegii ſoc. JEſu Olomucenſis.* Quanquam enim fatum noſtra ſubierit indigniſſimum, multas tamen ejusmodi reliquias adhucdum poſſidet, ceu naufragii tabulas, & Svecicorum de Germanis triumphorum monumenta. Eorum ex numero eſt, quem paucis heic deſcribemus, liber prægrandis, olim a Königsmarkio Praga huc delatus, cum aliis magni pretii manubiis. Etenim exteri, qui Bibliothecam Regiam fugitivis oculis perluſtrarunt, ejusque meminerunt in vulgatis itinerariis & deſcriptionibus, vix quicquam memoratu dignum, commemorant, præter exemplum Bibliorum b. Lutheri manibus

tritum, (*i*) atque volumen hoc Pragenſe. Forma ejus, ob molem, in *folio foliiſſimo*, juxta loquendi modum Menagio uſitatum, jure appelletur. Inficetam de illo fabulam addunt, ſcriptum a diabolo, quem, ad hoc opus perficiendum, monachus invocaverat. Sapit omnino iſta monaſterium, ubi liber exaratus & diu ſervatus fuit, originemque debere videtur iconi deteſtandæ, quæ alicubi in hoc libro picta cernitur. Membranaceus eſt, longitudinis duarum ulnarum Sv. & latitudinis dimidiæ, ſcriptus

(*i*) Titulum habet: *Biblia cum Concordantiis V, & N. Teſtamenti & Sacrorum Canonum &c.* Lugduni per M. JACOBUM SACON, impenſis Ant. Koburger. 1521. fol. Varia ante Bibliorum iſtorum frontiſpicium, & ad margines paſſim annotavit b. LUTHERUS, quæ quum ſingula MEGALANDRI idiographa nobis acceptiſſima ſint, Commentariolo de Memorabilibus Regiæ Bibliothecæ, ſi huic edendo otium & ſumtus ſuppetant, reſervamus. Addimus tamen verſus hoſce ante primam paginam LUTHERI manu annotatos:

Ich lebe und veiſs wol wie langk:
Ich ſterbe und weiiſs wol wan:
Ich fare und weiiſs woll wuo bin:
Mich wundert das ich nit ymmerdar frolich pin.

M. L.

ptus literis monachalibus, ante CCC, & quod excurrit, annos. Folia millenarium ſuperant, quæ, ob magnitudinem, facta creduntur e corio aſinino. Plurimi ſupremæ dignitatis Viri, & inter eos FERDINANUS II. Imp. huic nomina & ſymbola inſcripſerunt, in memoriam viſi tam portentoſi libri, quando in monaſterio adhuc jacuit. Continet *I. Vetus Teſtamentum*, *Latine*. *II. Joſephi Antiquitatum Judaicarum libros X. III. Ejusdem de bello & calamitatibus Judaicis, Libros VII. IV. Iſidori, Epiſcopi, Libros XX. de diverſis materiis philoſophicis & medicis. V. Johannicii Johannis, Alexandrini, de philoſophica ratione. VI. Novum Teſtamentum, vulg. ed. rejectis ad finem Epiſtolis Pauli, cum Apocryphis, quæ ipſi attribuuntur. VII. Confeſſionem peccatorum. VIII. Coſmæ Pragenſis Chronicon Bohemiæ. IX. Experimentum de furto & febri. X. Kalendarium Romanum.* Integras autem paginas, quæ magicis & nefandis artibus ſcatuerint, aliquibus locis eraſas eſſe, ideo ſuſpicantur RUDLING in Stockholmia florente p. 134. & ERICHSON in *Hamb. Beyträge* 1742. p. 670.

670. quod in margine annotatum ſit: *probibita*; at crediderim ſaltem nonnulla folia, quæ hunc aſpectum præbent, inſcriptam habere, rubentibus literis, vetuſtate tamen exeſis, memoratam ſupra confeſſionem, & Experimentum.

De Bibliotheca literatiſſimi Henrici Comitis Ranzovii, quam Königsmarkius a Pragenſibus Lojolitis abduxit, hæc prodit Seelenius in vita Stadeniana p. 47. Ranzovii, inquit, *libri miro, attamen haud raro, bibliothecarum & librorum fato, a Cæſareis, tempore belli, ex Holſatia in Bohemiam transducti, & in domum ſoc. Jeſu Pragenſem illati, inde vero per Svecicum Imperatorem* Königsmarkium, *capta Praga, rurſus ablati, in Saxoniam redierunt inferiorem, per varias Bibliothecas, vel publicas, vel privatas, diſperſi.* Sex mille & quingentis voluminibus hanc Bibliothecam conſtitiſſe,. ait Hofmannus in vitis illuſtrium Danorum. P. II. p. 26. quem tamen de hac ejusdem direptione & diſperſione nihil annotaſſe, miror. Addit Seelenius, quod de noſtris Olomucenſibus etiam obſervavimus: *In iis, quos poſſedit* Stadenius (nam in ejus ma-

manus plurimi eorum venerunt) *ſunt multi, quos Lojolitæ correxerant, & caſtrarunt.*

Dietericus ille *a Stade*, Svantonis Banerii, Senatoris R. Alumnus, in Svecia ab an. 1662. longo tempore vixit, & Upſaliæ quidem ſtuduit, factus tandem Bremenſis Archivarius, magna ſeptentrionalium lingvarum notitia clarus.

§. XII.

Denique ſuperſunt nobis e Bibliotheca quondam inſtructiſſima Principis & Cardinalis Francisci a Dietrichſtain, Epiſcopi Olomucenſis, a. 1636. defuncti, libri complures, qui hanc in noſtram immigraſſe, convincunt. Superſunt idiomatis & rerum Bohemicarum ac Moravicarum ſcriptores & monumenta nonnulla, impreſſa pariter & MSta, majoris utique pretii priſtinis poſſeſſoribus quam nobis habenda. Horum autem damna ut aliqua ſaltim ratione rependamus, & dictis ſimul fides conſtet, ex Codice MSto Bibliorum Bohemicorum, qui in Bibliotheca illa Principis Urſini quondam fuerat, exſcriptum Chronicion heic inſe-

inſeremus Monaſterii ordinis Ciſtercienſis, ad fontem S. Mariæ Sarenſis, vel Zdiarenſis oppidi in Bohemia. Illuſtrant hæ membranæ Cunſtadæam, Bohemiæ Principum, ſtirpem, quæ ab antiquis Saxonum Comitibus de Berneck & Nidda, e patria ab Henrico V. Imp. circa an. 1127. neſcio, quam ob cauſſam, proſcriptis, & in Bohemia deinde ſedem nactis, oriunda, in GEORGIO PODIEBRADIO, Principe Strenuiſſimo; Regali diademate exſplenduit. Hujus genealogiam dedit optime Bohuslaus Balbinus, rerum Bohemicarum ſcriptor inclytus, operis hiſtorici T. III. p. 218. Non tamen dubitamus, quin ex hoc Chronico ſcriptores Bohemici, in rebus nonnullis, vel ad Principes Cunſtadæos, vel monaſterium hoc, pertinentibus, ſuppleri aut emendari poſſint, ab iis, quorum intereſt, iſta penitius examinare. Nobis ſufficiat, membranas bona fide exſcripſiſſe, & ad calcem paginarum obiter notaſſe pauca, quæ momentaneo labore Balbinum evolventibus ſeſe nobis ultro obtulerunt. En itaque

CHRO-

CHRONICICON ZDIARENSE.

ANno Domini milleſimo ducenteſimo „ primo Dn. BOTZKO (*k*) Comes „ Berneczenſis & Nide, in die invencio- „ nis Ste Crucis, jecit fundamenta Ec- „ cleſiæ monaſterii fontis Sanɛte MARIE „ ordinis Ciſtercienſis in Zdiary. Et an- „ no fundacionis quarto, videlicet anno „ MCCLV. in vigilia Sti THOME, obiit „ ipſe ſummus & primus fundator jam „ dicti monaſterii. Qui ex conjuge ſua „ EWFEMIA, filia Dni PRZIBISLAI re- „ liquit duos heredes mares, SMILONEM, „ & GERHARDUM, & unam filiam, no- „ mine AGNETAM, que poſtea Dno VI- „ TIKONIDE SFWABNITZ nupta eſt. Con-

(k) BOCZEK rectius, quod nomen exciſum e matris latere, Bohemis ſignificat, quaſi Cæſarem diceres. De fundatione monaſterii hujus Balbinus ſibi contrarius eſt. *Hic*, enim inquit l. c. BOCZEK *incepit fundare cœnobium S. Mariæ in Zdiar, pro Ciſtercienſibus Religioſis a.* 1252. *Ejusdem* BOCZKONIS *patrem* HEBHARDUM, *vel* GEBHARDUM, *facit* PAPROCIUS, *in Spec. Moraviæ, fundatorem cœnobii, non* BOCZKONEM, *idque ait, ex memoriis ecclesiarum probare ſe poſſe; cui ego, contra* WELEBLAVINUM, *ſubſcribo.*

„ Conjux vero Dni PRZIBISLAI antedicti, SIBILLA nomine, felix matrona, & mater EWFEMIE predicte, poſtquam omnia que habuit, monaſterio jam fato legaſſet, preter unam tunicam, in qua ſepulta fuit, in proſpiterio feliciter quievit in Dno, circa annum Dni MCCLXI. (*l*)

„ Anno Dni MCCLVIII. Obiit SMILO (*m*), filius WOTZKOVIS antedicti, & tota cura fundacionis ad EWFEMIAM, relictam BOTZKOVIS, devoluta eſt. Que reſidens circa monaſterium, omnia quę habere potuit, edificando conſumpſit, & propriis manibus in ornatu ejusdem, prout hodie apparet, multum laboravit, & monachis contemporaneis ſuis infinita Salaria miniſtravit, tandemque plena bonis operibus obiit circa annum Dni MCCLXXIX. (*n*) Poſtea filius ejus GERHARDUS intromiſit ſe, ſicut & de-

(*l*) BALBINUS SIBILLÆ hujus non meminit.

(*m*) Annus emortualis SMILONIS I, non aliunde fortaſſis, quam ex hoc Chronico habetur.

(*n*) Emortualem EUPHEMIÆ non notavit BALBINUS.

„ debebat, de fundacione monaſterii an-
„ tedicti. Et duxit nobilem virginem
„ Jutam de Wahtberg (*o*), ex qua ge-
„ nuit duos filios, Botzkovem (*p*), &
„ Smilonem, heredem, ſeu Proſecuto-
„ rem fundacionis, & duas filias, Ew-
„ femiam videlicet, & Agnetam.
„ Mortuus eſt tandem Gerhardus jam
„ fatus circa annum Dni MCCXCI.
„ Tandem Dna Juta, relicta Dni Ger-
„ hardi permanens vidua, & tenens
„ bona mariti, ab hac luce deceſſit circa
„ annum Dni MCCXCV; Demum &
„ ambe filie ejus predicte obierunt.

„ Mortuus eſt itaque Botzko fi-
„ lius ejus, & devoluta eſt fundacio ad
„ Smilonem filium Gerhardi, qui in-
„ tromiſit ſe de fundacione prefati mona-
„ ſterii. Sed non tanta ſollicitudine pre-
„ fuit monaſterio, ſicut predeceſſores
„ ſui. Hic omiſſo Comitatus titulo,
„ primus ſe Dominum de Cunſtat nomi-
„ navit.

„ Hic Smilo duxit filiam Dni Ul-
rici

(*o*) Juditam de Welsberg ſcriptores alii ap-
pellant.

(*p*) Bcczkonem hunc ignorant Balbinus &
alii.

„ RICI de Nova domo, virginem AN-
„ NAM (q) nomine, & deceſſit juvenis
„ circa annum Dni MCCCXII, relicto
„ herede Dno BOTZKOVE (r), ex pre-
„ fata Dna ANNA. Qui reliquit here-
„ dem ſimiliter BOTZKOVEM, ex Dna
„ AGNETA, e genere Dnorum de MI-
„ CHALOWITZ (s.) Et hic BOTZKO ul-
„ timus ſepultus eſt in ſepulcro Dnorum
„ fundatorum in antedicto monaſterio
„ fontis S. Marie in Zdyary.

„ Et idem BOTZKO reliquit filium
„ ſimiliter BOTZKOVEM, cognomine an-
„ tiquum, genitum ex Dna N. de Ros-
„ zis (t); qui fuit primus Dominus de
„ Podiebrad, & ſepultus eſt in mona-
„ ſterio Canonicorum Regularium in
„ Satzka.

„ Hic BOTZKO genuit ex Dna AN-
„ NA de Lippa & Duba quatuor filios,

(q) ELIZABETHAM Balbinus appellat.

(r) Plures BOTZKONIS hujus fratres Balbinus enumerat.

(s) Videndum itaque, quo jure Agnetam hanc domo de Berneck & Nidda oriundam, immo Smilonis I. neptem fuiſſe, ſuſpicetur Balbinus.

(t) *N. de ROSENBERG*, rectius forte Balb.

„ Botzkovem, Johannem. dictum
„ Koſtky (*u*), Hynckonem (*x*) &
„ Victorinum. Primi tres deceſſe-
„ runt abſque liberis. Quartus videlicet
„ Victorinus XXIV annorum exiſtens
„ defunctus eſt, relicto Georgio filio,
„ & duabus filiabus Elizabeth & Mar-
„ gareta. Elizabeth nupta eſt Dno
„ Botzkovi de Zeebergk & Plana. Et
„ iſte Victorinus *expulſit* fratres ante-
„ dicti monaſterii in Zdiary, & mona-
„ ſterium totaliter deſolatum eſt.

„ Georgius vero genuit ex Dna Ku-
„ negunde de Sterrnberg Botzko-
„ vem, Victorinum (*z*) ſeniorem,
Ka-

(*u*) Koſtkarum familiam a Cunſtadæa, Sigillis & nomine diverſa, profluxiſſe, ægre ſibi perſuadet Balbinus, quum hoc in nullo alio ſcriptore legiſſet, præter unicum Weleslavinum, neque infimæ tamen auctoritatis Chronographum, qui, cum Noſtro, Johannem Kostka Botzkonis illius filium ponit. At fruſtra litem illam moverat Balbinus, ſi, quod noſtrum infra aſſerit Chronicon, Johannes ille abſque liberis deceſſerit. Videant itaque genealogiarum Bohemicarum peritiores, unde Koſtkarum ſequentium originem deducant.

(*x*) Recte, contra Paprocium, qui hunc Georgii Regis fratrem ſtatuit.

„ Katherinam, Zdenam (*aa*), &
„ Barbaram. Dnus Botzko ſine here-
„ de deceſſit (*bb*). Katherina Mat-
„ thie Hungarie Regi nupta eſt, Zde-
„ na vero Alberto Duci Saxonie illu-
„ ſtri in matrimonium data, Barbara au-
„ tem Dno Henrico de Lippa & Du-
„ ba, Mareschalkovi Regni Hun-
„ garie copulata. Defuncta vero Kunc-
„ gunde, Dnus Georgius predictus du-
„ xit Dnam Johannam de Roszinthal
„ in conjugem, ex qua genuit Henri-
„ cum juniorem, alias Hynckonem,
„ & Ludimillam, que Duci Fride-
„ rico Legnitzenſi nupta eſt, ex qua
„ genuit tres filios, Johannem, Fri-
„ dericum & Georgium. Johannes
„ adhuc adoleſcens deceſſit. Alii vero
„ duo, Deo favente, usque modo in hu-
„ manis *degent*.

„ Georgius vero antefatus primum

 com-

(*z*) Interpola: Henricum, cui prædicatum *Seniorem* adjungendum.

(*aa*) H. e. Sidoniam.

(*bb*) Balb. ſubdubitat. Quin ſuſpicatur, habuiſſe filiam Catharinam, quæ Georgio Bercæ nupſerit.

" communium Baronum, Procerum,
" nobilium, civitatum & totius Regni
" conſenſu in Gubernatorem regni ele-
" ctus, poſtea in Regem Bohemie feli-
" citer unctus & coronatus eſt. Et hic
" Georgius, nondum Gubernator ne-
" que Rex exiſtens, monaſterium pre-
" dictum in Zdiary, quondam a tempo-
" re expulſionis fratrum ejusdem deſtru-
" ctum & deſolatum, denuo redificavit,
" & quaſi de novo fundavit, introductis
" illuc fratribus novis, qui iterum tem-
" pore ipſius expulſi, & per filium ejus
" Henricum ſeniorem iterato intro-
" ducti.

" Duci vero Henrico ſeniori illu-
" ſtris Dna Ursula, Illuſtriſſ. Dni Al-
" berti Marchionis Brandenburgen-
" ſis & Principis Electoralis filia, in ma-
" trimonium copulata eſt, ex qua genuit,
" illuſtres Principes, Ducem Alber-
" tum, filium ſuum primogenitum, de-
" inde Georgium, Johannem, qui
" tenellus deceſſit, Margaretam, que
" preclaro Dno Ernesto Principi de
" Anhalt eſt nupta, deinde Karolum,
" demum Ludovicum, qui ſimiliter te-
nel-

" nellus obiit, poſtea MAGDALENAM,
" poſtremo ZDENAM, que Dno UDAL-
" RICO Comiti de Hardorgkh & Gla-
" cenſi in matrimonium tradita eſt. (*cc*)
" Predictis vero tribus fratribus,
" videlicet ALBERTO, GEORGIO & KA-
" ROLO, tres ſorores illuſtris Principis
" Saxonie Ducis filie nupte ſunt. Duci
" enim ALBERTO SALOMEA, ex qua ge-
" nuit Urſulam, filiam ſuam primogeni-
" tam, GEORGIO vero HEDEVIGIS, ex
" qua genuit HENRICUM, qui tenellus
" obiit; Duci autem KAROLO ANNA,
" ex qua genuit ANNAM, que tenella
" defuncta eſt, KATHERINAM, MAR-
" GARETHAM, JOACHIMUM, KUNE-
" GUNDIM & URSULAM, (HEINRI-
" CUM, HEDVIGIM, GEORGIUM I. &
" GEORGIUM II. qui ſtatim obiit) (*dd*).
" Quos omnes, qui usque modo in hu-
" manis *degent*, Omnipotens in longeva
ſani-

(*cc*) Liberorum HENRICI ſenioris quatuor tantum commemorat Balbinus: ALBERTUM, JOHANNEM, LUDOVICUM & ZDENAM. Ceteros ignorare videtur.

(*dd*) Quæ heic uncis includuntur, ad marginem membranæ adſcripta erant, & quidem recentiori manu.

„ ſanitate, optimaque & ſecunda proſpe-
„ ritate ad diuturna tempora conſervare,
„ defunctis vero, per ſuam gratiam &
„ immenſam pietatem, requiem eter-
„ nam tribuere dignetur, Amen.

Anno Dni MCCCCXX. (*ee*) feſti-
„ vitas Sti Georgii fuit die Dominica
„ XXIII. menſis Aprilis, in qua natus
„ eſt Sereniſſimus Princeps Georgius,
„ Rex Bohemie, & Dnus de Cun-
„ ſtatt, ac hora diei undecima, minuto
„ XXXVIII.

„ Anno Dni MCCCCXXV. in vi-
„ gilia S. Elizabeth fuit feria quinta,
„ in qua nata eſt Nobilis & Generoſa
„ Dna Khunegundis de Sterrn-
„ bergkh, hora diei quarta, minuto
„ XLV.

„ Anno Dni MCCCCXLII. fuit fe-
„ ſtivitas Sanctorum Apoſtolorum dimiſ-
„ ſionis, die Dominica XVta, menſis
„ Julii, in qua natus eſt Nobilis & Ge-
ne-

(*ee*) Incipit heic alterum noſtri Chronici mem-brum, quo natales poſterorum Georgii Regis ex-hibentur. Notandum autem Balbinum, in e-mortualibus notandis diligentiorem, natales hoſce partim omiſiſſe, partim non recte expreſſiſſe; niſi id majori cura egerit in opere, quod promittit ſtem-matographico Bohemiæ, nobis non viſo.

" neroſus Dnus Botzko de Cunstat
" & Podiebradt.

" Anno Dni MCCCCXLIII. feria
" quarta, in vigilia aſcenſionis Dni, na-
" tus eſt illuſtris Princeps, Dnus Victo-
" rinus (*ff*) Dux Munſterbergenſis.

" Anno Dni MCCCCXLVIII. fe-
" ria quinta quatuor temporum Pentecoſt,
" que fuit dies Ste Sophie, natus eſt il-
" luſtris Princeps, Dux Heinricus ſe-
" nior, Munſterbergenſis, hora diei
" XVIII.

" Anno Dni MCCCCLXIX. feria
" III. diei Martini nate ſunt due
" gemelle Katherina & Zdena (*gg*)
" quarum ſenior Katherina in ſucceſſu
" temporis fuit nupta Matthie Regi
" Hungarie, & altera junior Zdena
" manſit Alberto Duci Saxonie: filii

D 5 &

(*ff*) Paprocio in ſpec. Moraviæ, qui Henricum ſeniorem primogenitum ponit, Victorinum ſecundo, & Henricum juniorem tertio, ſuffragari ſepulcralem tabulam, ait Balbinus, at, cum Noſtro, dies & horas natales tam accurate notanti, fides difficulter detrahi queat, novum hinc de ſubleſta monumentorum ſepulcralium auctoritate, teſtimonium fortaſſis erit.

(*gg*) Has gemellas fuiſſe, ignoravit Balb. qui Catharinæ natalem perperam deſignat 1414.

„ & filiæ Dne Khunegundis de Sterrn-
„ berg & Rege GEORGIO (*bb*).

„ Anno MCCCCLII. feria IV. in
„ vigilia aſcenſionis Dni natus eſt illuſtris
„ Princeps, Dns HEINRICUS junior,
„ dictus Hyncko, Dux Monſterber-
„ genſis.

„ Anno Dni MCCCCLVI. nata eſt
„ Dna Ludimilla Duciſſa Lignicenſis,
„ in die S. GALLI, filius & filia ex Re-
„ ge Bohemie & Regina JOHANNA.

„ Anno Dni MCCCCLXVIII. na-
„ tus eſt ALBERTUS, primogenitus fili-
„ us HEINRICI ſenioris, Ducis Monn-
„ ſterbergenſis, nocte media, feria III.,
„ in die Steffani Pape & Martyris, in
„ Caſtro dicto Montis Trinitatis.

„ Anno Dni MCCCCLXXII. in vi-
„ gilia JOHANNIS BAPTISTE natus eſt Jo-
„ HANNES, ſepe dicti Ducis filius, hora
„ ſecunda noctis, in Caſtro Glacenſi, fe-
„ ria III.

„ Anno Dni MCCCCLXXIII. nata
„ eſt eidem Duci primogenita filia, no-
„ mine MARGARETHA, in feſto trans-
„ lationis Sti ADALBERTI & S. HEDVI-
GIS

(*bb*) Barbaræ, ſuperius memoratæ, ultimæ libe-
rorum GEORGII ex Cunegunda, nulla heic fit mentio.

„ GIS, feria IV. hora veſpertina in Caſtro
„ Koſelenſi.

„ Anno Dni MCCCCLXXVI. natus eſt eidem Duci filius KAROLUS nomine, die Dominico Floriani, hora undecima, in Caſtro Glacenſi.

„ Anno Dni MCCCCLXXVIII. natus eſt ſupra dicto filius, nomine LUDVICUS, feria ſecunda, hora VIII. in vigilia ſanctorum decem millium martirum, in Caſtro Glacenſi.

„ Anno Dni MCCCC83 feria III. in die Sti ERASMI, hora 20ma nata eſt eidem filia, nomine ZDENA, in Caſtro Glacenſi.

„ Anno Dni MCCCCXC. in vigilia PHILIPPI & JACOBI, quę fuit feria VIta natus eſt nepos primus Dni HEINRICI ſenioris, nomine HEINRICUS, filius GEORGII Ducis, in Caſtro Glacenſi, hora undecima.

„ Anno Dni MCCCCXCVIII. nata eſt illuſtri Principi Dno ALBERTO Duci Monnſterbergenſi &c. primogenita filia, nomine Urſula, die Sctі Steffani protomartyris, hora undecima, que fuit feria III. in Caſtro Olsnenſi, primoge-

" mogenita nepte HEINRICI Ducis, ſe-
" nioris Monnſterbergenſis, & confirma-
" ta eſt per V. P. D: Dum JOHANNEM
" Epiſcopum Liſicenſem, in monaſterio
" monialium S. KATHERINE, Wratis-
" lavis MDI.

" Anno Dni MCCCCXCIX. feria
" ſexta ante nativitatis MARIE, que fuit
" dies VI. menſis Septembris, mane poſt
" horam XI. nata eſt primogenita filia
" illuſtris Principis KAROLI Ducis Mon-
" ſterbergenſis, nomine ANNA. Et an.
" Dni MDII. confirmata eſt per R. P. D.
" JOHANNEM Epiſcopum Liſicenſem, in
" capella caſtri Olſnenſis, feria VI. in
" die Sᶜᵗi ERASMI.

" Anno Dni MD. Jubilæo, in cra-
" ſtino Sᶜᵗi Maurici, feria IV. nata eſt
" ſecunda filia, nomine KATHERINA, e-
" jusdem Dni KAROLI, in arce Glacen-
" ſi, infra horam VII. & VIII. & anno
" Dni MDII. confirmata eſt per V. P. D.
" Epiſcopum Liſicenſem, in Capella Ols-
" nenſis caſtri, feria VI. in die Sᶜᵗi E-
" raſmi.

" Anno Dni MDII. in die Sᶜᵗi JO-
" HANNIS Evangeliſte, que fuit feria ſe-
cunda

„ cunda, nata eſt tertia filia eidem Duci
„ Karolo, nomine Margaretha,
„ in Caſtro Olſnenſi, infra horam VIII
„ & IX. mane.

„ Anno Dni MDIII. infra horam
„ XXI & XXII. natus eſt illuſtri Prin-
„ cipi Dno Karolo Duci Monſterber-
„ genſi, Slozie Olſnenſi, Comiti Gla-
„ cenſi, primogenitus filius nomine Joa-
„ chim, XVIII. die menſis Januarii,
„ que fuit feria V. ipſo die Scte Priſce
„ Virginis, in Caſtro Olſnenſi.

„ Anno Dni MDV. feria IV. mane
„ ante Michaelis, poſt horam X. nata eſt
„ eidem Duci Karolo filia quarta, no-
„ mine Khunegundis, in Caſtro Ols-
„ nenſi. Feſtum autem Scti Michaelis
„ erat die Dominico.

„ Anno MDV. (*ii*) feria IV. in vi-
„ gilia ſ. Barbare Virginis, ante horam
„ tredecimam, nata eſt eidem Duci Ka-
„ rolo filia quinta, nomine Ursula,
„ in Caſtro Olsnenſi.

(*) „ Anno MDVII. ſecunda feria
poſt

(*ii*) Mendum heic eſſe, & legendum MDVI. quis non videt?

(*) Quæ jam ſequuntur, recentiori manu in membranis addita ſunt. Nihil de cetero in exſcri-

" poſt palmarum, que fuit XXIX. dies
" Marcii, natus Duci KAROLO ſecundus
" filius nomine HEINRICUS MARIE, ho-
" ra X. in Caſtro Olsnenſi.

" Anno Dni MDVIII. in craſtino
" Scti BARNABÆ, que fuit feria ſecunda
" pentecoſtes, infra XXII. & XXIII.
" nata eſt eidem Duci KAROLO filia,
" nomine HEDWIGIS, in Caſtro Olſnenſi.

" Anno Dni MDIX. die Dominica
" poſt omnium ſanctorum, que fuit dies
" quarta Novembris, hora III. nocte ſe-
" quentis, natus eſt prenominato Duci
" KAROLO tertius filius, nomine JOHAN-
" NES, in Caſtro Olsnenſi; quod feſtum
" omnium ſanctorum fuit feria quinta.

" Anno Dni MDXI. feria III. in
" profeſto Scte AGATE, hora V. nocte
" ſequente nata eſt eidem Duci KAROLO
" ſeptima filia, nomine BARBARA, in
" Caſtro Olsnenſi, Et per Reverendiſ-
" ſimum in Chriſto Patrem Dnm JOHAN-
" NEM THURSSO, tunc temporis Epiſco-
" pum Wratislavienſem, Dominica die,
" feſto Scte Appolonie, Wratislavie ba-

ptiſa-

bendo immutavimus. Voces barbaræ *expulſit*, *degent* &c. ita habentur in MSto.

„ ptiſata. Et ab illuſtriſſima Principe
„ Dna ANNA, Sereniſſimi Dni WLADI-
„ SLAI Hungarie & Bohemie Regis filia,
„ demum & generoſum Dnum ZDEN-
„ KONEM, dictum Leo de Roſſmital,
„ ſupremum Burggrabium Pragenſem,
„ & MOYSEN, antefati Regis WLADI-
„ SLAI Magiſtrum curie Hungaricalis,
„ nec non prefate Dne ANNE Magiſtram
„ curie, & per Dnam CHRISTINAM de
„ MENHOLDT, JOHANNIS BORZITHA
„ de BISTRZIZE Conjugem, e ſacro fon-
„ te levata.

§. XIII.

Rariſſimum autem, ex advectis litterariis Germaniæ theſauris, cimelium, & cujus jactura transmarinos Eruditos acerbius angit, teſtibus WACHTERO, SCHILTERO & ECKHARTIO, in Præfationibus, iſtius Gloſſarii, illius Theſauri & hujus Hiſt. Franciæ Or. erat Ulphilæ verſio Gotho-Theotiſca IV Evangeliorum. Codex IVti ſeculi, unicus & hinc ingentis pretii habendus; quem Illuſtriſſ. Comes KÖNIGSMARKIUS, Praga ad CHRISTINÆ Bibliothecam

cura-

curaverat transmittendum. Varia deinde fata, quæ ab aliis enarrantur, expertus, quippe ab Is. Vossio, Svecia egrediente, ſublatus, dubium, an cum Dominæ venia, tandem beneficio Muſagetæ incomparabilis, M. G. DELAGARDII, Upſaliæ ſervatur, jam in Anglia poſthumis Archiepiſcopi quondam & Polyhiſtoris, ERICI BENZELII, filii, curis propediem edendus. Hoc articulo memoriam, omiſſam aliis, renovandam duximus Codicis alterius Gothici, aureis argenteisque characteribus, ut olim fama tulit, in papyro exarati, & non Evangelia tantum, ſed totum N. Teſtamentum complexi, quem in Bibliotheca Hermanni Comitis Newenarii extitiſſe confirmat PHILIPPUS MARNIXIUS, apud SIBRANDUM LUDBERTI, de principiis Chriſtianorum dogmatum, Lib. 3. c. 7. In illo codice, orationis Dominicæ idem quod in codice Werdinenſi, jam Upſalenſi, initium fuiſſe, nimirum; *Atta unſar thu in himina, &c.* ait USSERIUS Arm. literis ad Junium. Cujusmodi etiam N. T. ad manus ſuas perveniſſe teſtatur Metalius Metellus, Sequanus,

apud

apud SUFFRIDUM PETRI, in Decade ſcript. Fris. Addit idem USSERIUS, literis illis, quas MARESCHALLI notis in Junii ULPHILAM inſertas habemus: *Germanni excitandi ſunt, ut nullas Archivorum latebras inexploratas omittant, quo poſſint demum in lucem producere illum alterum codicem, quem alicubi in Germania etiamnum recondi, non eſt incredibile.* Sed vereor, ne vana jam ſpes ſit illa Viri doctiſſimi.

§. XIV.

Sunt, qui acquiſitiones noſtras iſtis temporibus factas, inſperſis fabulis, auxerunt; quod tenendum fortaſſis de ALCORANI ſplendidiſſimo codice in CHRISTINÆ Bibliotheca viſi, quem Turcarum Sultanus Imperatori Romanorum olim obtulerit, prout legitur apud HOTTINGERUM, Biblioth. Orient. p. 105. BOCHARTUM, tredecim Alcorani codices in iſta Bibliotheca extitiſſe, affirmantem, & GALLESIUM, libello Gallico, de optimis Bibliothecis, ubi & alium erravit errorem aſſerendo, Academiam Stockholmenſem (*L' Univerſité de Stockholm*)

Bibliotheca gaudere celeberrima, a CHRISTINA, Regina, inſtaurata. Vana eſſe, quæ de Alcorano, Sultani dono, referuntur, non ignorant, qui Bibliothecam Romanam CHRISTINÆ & Stockholmenſem, ante incendii cladem, perluſtrarunt. Conf. Ven. Parentis mei D. D. OL. CELSII Hiſt. ling. & erud. Arab. p. 60. De Imperatoris autem FERDINANDI III. libro thematum Latinorum veriſſime narratur in Hiſt. Bibl. Upſ. illum inter ſpolia Auſtriaca huc delatum, usque modo apud nos ſervari. (*kk*).

§. XV.

Magna itaque armis incrementa debuit Bibliotheca Regia, at longe tamen plurima liberalitati Reginæ, quæ præmiis, ſupra quam dici poteſt, largis eruditiſſimos undique Viros, ad ſeptentrionem noſtrum certatim confluentes, allexit. Scilicet properabant hi omnes, viſuri, cum Scythis veteribus, arctoas terras

(*kk*) Liber Thematum FERDINANDI ERNESTI Archiducis Auſtriæ, quæ ſcripſit anno ætatis XV. Imperator deinde Romanus, nomine FERDINANDI III. Liber inceptus d. 13. Jan. 1619.

ras tanti numinis fulgore illuſtratas. Eorum ope, & frequenti per politiores orbis partes inſtituto commercio epiſtolico, notitiam prima habuit CHRISTINA eorum omnium, quæ in literaria Rep. agebantur: & ſcivit tempeſtive, ſi quis uspiam rarior liber, aut codex MStus, vel etiam horum integræ Bibliothecæ venum exponerentur. Neque ſumtibus ullis, quantumvis grandibus, pepercit hiſce coëmendis.

Quin latius per Regnum patuit cura Reginæ, ad promovendam rem literariam & ingeniorum culturam. Inſtitutum enim a Magno Parente Gymnaſium Aboenſe in Academiam mutavit an. 1640. & monente PETRO BRAHEO, Regni Drotzeto, ac primo hujus lycei Cancellario, Bibliothecam ibidem fundavit eodem hoc anno, magna librorum copia, eorum videlicet, qui dupli erant in Regio Stockholmenſi armario, cujus frequentiam hinc æſtimaveris, Aboam transmiſſa. Conf. Elenchum, vel potius Hiſtoriolam Bibliothecæ Aboenſis Aboæ an. 1655. editam in fol. Anony-

mice apud PETRUM Hanſonium. Scriptum non ubivis obvium, cujus auctorem ejusdem Bibliothecæ Præfectum, AXELIUM KEMPE, detexit in Cent. II. Anon. Nobiliſſ. STIERNMANNUS.

Stregneſiæ quoque in uſum Gymnaſii Regii inſtaurata eſt hoc tempore Bibliotheca, ex liberalitate CHRISTINÆ, quæ non ſolum librorum Olomucio advectorum magnum cumulum, ſed & aliquam copiam librorum, quibus proprium armarium decimavit, Stregnenſi conceſſit, curante Epiſcopo JOHANNE MATTHIÆ (*ll*). Is tandem amplis acceſſionibus illis ſuam, ex ultimæ voluntatis declaratione, addidit literariam ſupellectilem, & collocandam voluit Bibliothecam hanc totam in Sacello ſibi ſepulcrali templi cathedralis: ubi hodie conſpicitur, nuper etiam ex juſſu Superiorum, oculis perluſtrata Conſiliarii Cancellariæ & Cenſoriis Regii Dni NICOLAI OELREICH, qui Catalogum adornavit IV millia continentem Volumina, & in his non ſpernendam editionum Seculi XVti copiam.

§. XVI.

(*ll*) Conf. vita ejus a JOH. RUDBECKIO in concione funebri.

§. XVI.

Inter primos literatorum extraneorum huc accercitos, erat JOHANNES FREINSHEMIUS. Is Argentorati, patria urbe, degens, nomen ab eruditione celeberrimum per omnem, qua patuit, literariam Remp. nactus erat. Neque alio officio fungebatur, excedente e vivis BERNEGGERO, ſocero, quam quod hujus ſucceſſor in ſtipendium AUGUSTI, Ducis Wolffenbuttelenſis, iſti Principi præſtitit, coëmendis pro Bibliotheca Auguſta libris. Vocatus itaque an. 1642. ab Illuſtriſſ. BENEDICTO SKYTTIO ad Profeſſionem Upſalenſem, quam hujus Pater inſtituerat; novum munus oratione ſolenni capeſſebat in Septembri ejusdem anni. Regina, quæ perorantem præſens ſæpius ab hoc tempore audiverat, & vim eloquentiæ non tantum laudaverat, ſed aliquando etiam quingentis aureorum remunerata fuerat, tanta dein gratia Noſtrum cumulavit, ut ipſi anno 1647 d. 4. Sept. ad aulam accito Hiſtoriographi & Bibliothecarii Regii munia offerret, ac ſalarium conſtitueret IV mille imperialium, cum beneficio menſæ

ipſi & familiæ ſuæ e culina ac cella Regia inſtruendæ. Profeſſus eſt FREINSHEMIUS ipſe, immenſam hanc CHRISTINÆ liberalitatem illum plurimorum invidiæ expoſuiſſe. Acceſſit autem huic benivolentiæ longe majoris habenda &, prope dixerim, nimia in mediocris conditionis Virum Dominæ familiaritas, de qua ſic ipſe in Dedicatione ad hanc Principem Supplementis Livianis, Stockholmiæ editis, præfixa: *promiſit Regina meliorem me facere, h. e. ſpoſpondit, ſe quadam quaſi converſandi ſolicitudine curaque oſtenſuram illi, quales oporteat eſſe Viros prudentes, quibusque poſſent veſtigiis deprehendi.* Quin & vices referebat Reginæ FREINSHEMIUS, ipſam in Græcis erudiendo, quæ Gerdeſii (*mm*) & Salmaſii etiam

(*mm*) Joach. Gerdes, ICtus Roſtochienſis, a 1648. ipſo teſte, Sveciam adiit, ob lingvarum, præſertim Græcæ, notitiam in aulam Reginæ vocatus, ut illam Græcas literas doceret. Edidit Holmiæ Cebetis tabulam, & Epicteti Enchiridion ex Græco in Germanicum, 1649. 12:o In Dedic. ad Reginam multa de ejus in Græcis profectibus refert; fuiſſe nimirum Nov. T. Græcum, M. Antoninum & Epictetum menſæ ejus ornamenta. Conf. Plantini Hell. ſub Arcto p. 36.

etiam cura poſtea fuit. Noſtri autem inſtitutionibus adjuta POLYBIUM & PLUTARCHUM percurrit, & PLATONIS ſcripta Latine explicavit ea dexteritate, ut errores editarum verſionum ipſa ſimul animadverteret.

Annis ſequentibus 1649. & 1650. huc acceſſerunt, cum aliis, quorum minor eruditionis fama, plurimis, JSAACUS VOSSIUS, NICOL. HEINSIUS, CLAUDIUS SALMASIUS & fratres LUDOLPHI, JOBUS ac GEORGIUS HENRICUS. Quorum alter Legationi Sveticæ ad pacem Monaſterienſem ab epiſtolis fuit, JOBUS autem, Vir omnium fere lingvarum, neque exceptis Svetica & Finnica, peritus, ideoque maxime CHRISTINÆ ab illuſtri SCHERINGO ROSENHANIO, cujus filios Pariſiis inſtituendos habuerat, commendatus, ut Romam abiret inveſtigatum ac repetitum antiqua monumenta Sveo-Gothica, a JOHANNE MAGNO, profugo Sveciæ A. Ep. ejusque fratre OLAVO, illuc olim, ut credebatur, translata. De hac monumentorum Svecicorum direptione, TEGELIO in Hiſt. GUST. I. parte II. p. 120. aliisque memorata,

quid habendum ſit, jam non ignorant Antiquarii. Conf. Er. Benz. Monum. Eccl. in prolegomenis, & alii paſſim. Nihil utique horum reperit Jobus. Nec fides conſtitit narrantibus acta illa omnia in Poloniam tempore SIGISUNDI III. diſtracta fuiſſe, ibidemque in peculiari Archivo ſervari; hujus enim indicem nil tale continentem Ludolpho monſtraverat Romæ præſens Legatus Polonicus. Verum tamen diſceſſit hinc Noſter, parta ex Habeſſinorum commercio Æthiopicæ lingvæ, ſibi præ ceteris cultæ, inſigni notitia auctior & celebrior; venitque in Sveciam, comitantibus Scher. Rosenhanio & fratre, ipſo autumno anni 1649. atque, transacta in *Tyſtad*, Mæcenatis iſtius prædiolo, hyeme, otio quo ad digerendum Lexicon Æthiopicum maxime utebatur, Stockholmiam acceſſit vere anni ſequentis ineunte.

Erant & una Stockholmiæ hoc tempore alii conſummatæ eruditionis gloria Viri conſpicui: Joach. Transæus a Roseneck, Cancellariæ Conſiliarius, Georgius Stiernhielmius, Archivi Regii Præfectus, Weidenhagius, Ludol-

dolphorum popularis, ſed muneris & nobilitatis decore apud Svecos inclytus, JOHANNES LOCCENIUS, huc convocatis ad revidendam Ordinantiam Eccleſiaſticam Epiſcopis aliisque doctis Viris tunc aſſociatus, von BRÖMSIUS, multi nominis Medicus &c. quorum omnium amicitiam ſibi Stockholmiæ acquiſitam cultamque ipſe laudat JOBUS in vita ſua per JUNCKERUM edita. Inter hos inſtitutæ hoc anno 1650:mo Societatis Literariæ auctor fuit frater GEORG. HENR. LUDOLPHUS. Nimirum conveniebant ſtatis diebus apud Freinshemium in Bibliothecam Regiam, & de rebus variis ad Incrementa literarum ſpectantibus ſermones miſcebant Gallice partim, partim Latine. Celebrat hos congreſſus JUNCKERUS l. c. & Commentario de vita DAVALI: *Fama*, inquit, *liberalitatis Regiæ, benevolentiæque in Eruditos, quam præ ſe ferebat CHRISTINA, attraxerat in Sveciam illo tempore Viros aliquot doctrina inſignes, quos ſibi etiam familiares reddidit* LUDOLPHUS *Commendandus ex his eſt* JOH. FREINSHEMIUS *Argentoratenſis, Regiæ Bibliothecæ cuſtos, & præter hunc multi alii,*

lii, qui ad morem uſu receptarum in Gallia Italiaque Academiarum, inſtituta a fratre ſuo GEORGIO HENRICO *colloquia ſtatis diebus frequentanda in Bibliothecam ſolebant convenire, & de variis rebus Gallice partim, partim Latine, ſermones miſcere.* Cui addas AND. WESTENI Diſſert. de Societatibus Literariis Upſaliæ habitam. Minus autem recte hic Auctor, cujus induſtria in reliquis probanda eſt, præſentes tunc Colloquii iſtius ſocios laudat HUETIUM, BOCHARTUM, GARISSOLLUM, CARTESIUM, FR. BLONDELLUM, M. MEIBOMIUM, MARINUM MERSENNUM & H. GROTIUM. GARISSOLLUS enim & MERSENNUS noſtram patriam, quod ſciamus, nunquam viderunt, & hic quiquidem Monachus Franciſcanus an. 1648. vitam finierat. Videatur ejus vita ab Hilarione de Coſte. (*nn*) HUETIUS, BOCHARTUS & MEIBOMIUS non ante an. 1652. huc venerunt. GROTIUS jam an. 1645. in vivis eſſe deſierat. BLONDELLUS cum Comite BRIENNÆO huc acceſſit an. 1654. CARTESIUS autem an.

(*nn*) Conf. Eruditiſſ. PLANTINUS in Hellade ſub Arcto p. 41. ubi de Merſenno & Gariſſollo eundem errat errorem.

an. 1650. in Febr. Stockholmiæ obierat. At JOACHIMUS BECKER, Medicus & Chymicus celebris atque Subterraneæ Phyſices inſigni ſcripto literatis abunde notus, Sveciam hoc tempore inviſit, prout ipſe in tractatu iſto fatetur: cui plurimas obſervationes vel phyſicas, vel chymicas heic factas inſperſit: Immo heic experimentum ſuum, de ferro ex argilla eruendo, inſtituit, teſte SCHEPPERO in Diſſ. de ferri confectione, ſub ROBERGIO habita. Upſ. 1725.

§. XVII.

Ejusdem generis erudita colloquia CHRISTINA apud ſe ipſa ſuſcitaverat ſingulis diebus jovis habenda, niſi cum iis, quæ ſupra memoravimus eadem dicenda hæc ſint; quorum notitiam Ægid. Menagio impertierat Regina literis ob ſtyli Gallici nitorem magnopere a Viro iſto laudatis. *La Reine CHRISTINE*, inquit ille in Menagianis, *m' avoit fait ſon correſpondant à Paris dans le tems qu' Elle etoit à Stockholm. En cette qualité je recevoit ſouvent de ſes nouvelles; & toutes les lettres qu' Elle me faiſoit l' honneur de m'ecrire,*

crire, étoient d' une pureté de ſtile au deſſus de la capacité ordinaire des étrangers. Elle avoit établi une Academie dans ſa ville capitale, qui s' aſſembloit les jeudis. Pour lors on s' aſſembloit chez moi les Mercredis. Cela lui donna occaſion, en m' apprennant ce nouvel établiſſement, de m' ecrire en ces termes: ma joviale eſt tres humble ſervante de Votre Mercuriale.

Sed ut veris coloribus pingatur rei literariæ in patria ſub CHRISTINA felicitas, & oſtendatur ſimul, quam fortunata inſula exteris noſtra tunc Scandia viſa fuerit, ſuis ipſa indigenis ſcabroſior & ingratior, inſeremus particulam literarum diſertiſſimi Bœcleri Upſaliæ ſcriptarum in Januario anni 1650. ad KÖNIGSMANNUM, quem SKYTTIANÆ Profeſſioni cupiebat admoveri. *Neque enim,* ait, *dubitare potes, Sveciæ eam in hoc genere felicitatem obtigiſſe, ut ſtudia nuspiam æſtimentur candidius, honorentur munificentius. Debemus hoc auſpiciis Sereniſſ. Dominæ, cujus ingenio & virtuti nihil habet orbis quod comparari poſſit. Loquor ſimpliciter & absque figura ad eum, quem paullo poſt cupio teſtem habere veriſſimæ & ſupra omnem*

mnem verborum expreſſionem poſitæ admirationis laudisque. Et quam vellem pulcerrima toto orbe ingenia, quod faciunt, huc convolare, non quidem ad deſcribendum res ineffabiles, ſed ad exprimendum, quam incomparabile omnis eruditæ commentationis argumentum ſupra ætates & nationes reliquas ſeptentrio noſter ſibi ſepoſuerit. In partem hujus felicitatis fata te propitia vocant, ſi reverenter habere didiciſti. Fateberis olim, nihil in terris tam eſſe carum æſtimatumque, quod non debeat vel ſolo conſpectu benigniſſimi hujus ſideris permutari. Fac ergo, quod bono & prudente viro dignum eſt, ut claris certisque verbis ex te cognoſcam, ſiſne paratus fortunam te invitantem ſequi, & ſuſcipere Profeſſionem Skyttianam Eloq. & Polit. quem SCHEFFERUS *noſter, alia docere juſſus, vacuam faciet*, &c. Edidit has literas BURCKHARDUS in Hiſt. Biblioth. Guelfferb. P. p. 220.

§. XVIII.

Ad FREINSHEMIUM revertamur. Ille jam opportunitate Bibliothecarii muneris gnaviter uſus, Supplementa Liviana adornaverat, ediderat que Stockh. apud

JANSSON. 1649. 12:o Opus doctrina & ingenio tanti Viri digniſſimum. Etiam aliis curis ſimul hoc tempore adhibitus, quippe additus doctiſſimis e Clero regni, aliisque Viris celebribus, Stockholmiæ a. 1650. ad emendandam Legem Eccleſiaſticam, uti antea diximus, convocatis. Circa finem autem hujus anni ad Profeſſionem Eloquentiæ Upſalenſem poſtliminio rediit, quod patet ex oratione ejus inaugurali, hac occaſione habita, inque collectione orationum Freinshemianarum XXma. Atque ſic amiſſis cogitatione citius emolumentis, quibus in aula Reginæ fruitus erat maximis, inconſtantiæ Principis erga Eruditos, etiam eos, quibus antea impenſius faverat, immo invidiæ & ambitus quibus docti iſti advenæ ſeſe mutuo apud ipſam ſupplantare ſtudebant, exemplum præbuit. Haud itaque longas, poſt hanc fortunarum cataſtrophen, moras in Svecia nexuit FREINSHEMIUS noſter. Neque tamen an. 1650. hinc abiit, ut errore forte Typographi legitur apud PERINGSKÖLDIUM in Monum. Upſ. p. 245 Anno enim ſequenti orationem pro roſtris Upſalicis ha-

habuit, quæ inter reliquas Viri diſertisſimi conjunctim editas extat. Dein mox prætenſa valetudinis cura, licentiam patrias terras repetendi petiit & impetravit. Et abituro quidem Conſiliarii Regii titulos clementer indulſit CHRISTINA. Tandem Germaniæ ſuæ redditus, Profeſſor honorarius Heidelbergenſis & Conſiliarii etiam Electoralis nomine cluens an. 1660. fatis conceſſit.

§. XIX.

Incrementa Bibliothecæ Regiæ nunc etiam maxima fuere. De Archivo Moguntino Epiſcopi JOHANNIS SVICARDI non attinet multis dicere; acta enim haud magni momenti continuiſſe, immo ſuo tempore diſtractum & deperditum, ait in literis ad Ulr. Pregizerum ill. SAM. PUFENDORFFIUS, (*oo*) qui chartas illas Stockholmiæ in peculiari repertorio dispoſitas perſcrutaverat. E Bibliotheca Epiſcopi iſtius nonnullos libros in Upſalenſem derivatos, refert hujus Hiſtoria p. 23. Et credi poteſt, aliquam partem, forte potiorem, ſibi ſervaſſe Reginam. Ar-

(*oo*) Conf. Pregizeri Svecia & Witteberga Sacra, ubi literæ iſtæ inſeruntur.

Archivi autem illius reliquias in Bibliotheca Tidöenſi adhuc ſupereſſe, didici ex literis Reverendiſſ. A. Ep. Er. Benzelii ad fratrem Gustavum a. 1731. d. 26. Nov. datis.

Augmentum quoque e Bremenſi Bibliotheca Regiæ acceſſit. Illam enim, urbe & diœceſi per pacem Weſtphalicam Svetici juris facta, præcipuis ornamentis nudatam, indignantur Germani. Vid Reimarus in vita Jo. Alb. Fabricii. Et Burch. Gotth. Struvius in Introd. ad Not. Lit. ubi Bremenſem Bibliothecam, potioribus Goldaſti MSStis auctam, deſcribens, Gerh. Mastrichtii inſerit Epiſtolam, de hujus Bibliothecæ memorabilibus, p. 339. Recenſet autem heic Maſtrichtius Goldaſtianos iſtos codices, raros omnes, antiquos, Græcos pariter & Latinos, tam eos, qui Brema ad CHRISTINAM a. 1650.(pp) mittebantur, numero XXVIII. quam quos in hunc usque diem reſiduos Bremenſis ſervat Bibliotheca. Inter præcipuos Stockholmiam delatos, memoran-

(pp) Literæ ea de re Bremam datæ ſunt d. 18. Maj. & 7. Sept. iſtius anni.

rantur *Codex Græcus Svidæ*, & *Chronicon Ivoms*, amplum hoc, a Nino ad LUDOVICUM Pium Imp. quod HUGONI Monacho vindicat Caveus. Sed hiſce enumerandis, cum Romam poſtea omnes forte aſportati ſint, ſuperſedemus. Anno ſuperiore 1649. d. 9. Junii cum Adminiſtratoribus Regiminis Pomeranicæ literis transegerat Regina, de mittendis MSStis templi Sæ MARIÆ Stetinenſis. Sequenti 1650. d. 7. Sept. gratias BLEAVIO literis perſolvit pro miſſis ſibi MSStis: Eodemque anno d. 24 Maji Le BLONO, & d. 20 Jul. HARALDO APPELBOMIO varia Antiquitatis cimelia Româ ſibi mittenda commendavit. Sed hic magis loquimur Bibliothecas numero & qualitate inſignes, quas grandi ære his annis emerat Regina. Sic GER. JOH. VOSSII totus apparatus, copia & bonitate librorum codicumque eximius, a vidua & hæredibus defuncti, quos inter JSAACUS, filius, hoc ipſo tempore fide & obſequiis Reginæ obſtrictus, ingenti pecuniæ ſumma acquirebatur. Legimus, tranſactum hoc negotium literis CHRISTINÆ & Commiſſarii ejus HARALDI APPELBO-

MII mutuis in Octobri 1648. (*qq*) tum & Aprili & Junio anni 1649. Eodem anno MATTHIAS PALBITSKIUS, Romæ degens, de coëmendis LEONIS ALLATII MStis codicibus egit nomine Reginæ, cujus ad eum literæ die 26. Maji anni jam dicti datæ ſervantur in PALMSKÖLDIANIS. Quid autem de codicibus iſtis tandem ſtatutum fuerit, me fugit. Etiam ſtudioſos juvenes, qui libris exſcribendis vacarent, in exteris alebat Regina. Narrat SARRAVIUS in Epiſtolis, ſe Jamblichi Chalcedonenſis antiquum codicem, e Bibliotheca Regia Pariſienſi depromtum anno hoc ipſo 1649. pro CHRISTINA curaſſe exſcribendum, poſtulatque literis de an. 1650, Amanuenſem promiſſum Upſalenſem, qui codices reliquos exſcriberet. Et NIC. HEINSIO, ex mandato Reginæ, ut mox audiemus, Italiam literario itinere peragranti JOHANNES LANGERMANNUS, Voſſiorum cognatus, Hamburgenſis, idem præſtitit officium. De JAMBLICHO in transcurſu addam, eundem, procul dubio, eſſe co-

(*qq*) Agitur hiſce etiam literis, de Is. VOSSIO Reginæ clientelæ addicendo.

codicem Græcum, quem ab Is. Vossio nactus Thomas Gale, ad fidem MStorum Bibliothecæ R. Paris. auctum, edidit 1678. fol. Vid. Gundling. Hiſt. Phil. Moral. p. 15. Prorſus autem ab hoc diverſus erat, ſi unquam fuit, Jamblichus ille Babylonius, de quo ita Jo. Henr. Boeclerus in Comment. de rebus Seculi IX Eccl. p. 309. *Eſt & alius*, inquit, Jamblichus, *qui Babyloni ſcripſit. Servata ſunt illius opera in palatio Eſcuriali Regis Hispaniarum, quæ Regina Sveciæ maximis ſumtibus redemit, quod unicum illud exemplar in tota rerum natura extaret: quorſum nunc delatum fuerit, neſcio.* De hoc ipſo loqui videtur Schurtzfleischius in Hiſt. Lit. p. 4. ubi Reginam pro illo expendiſſe tonnam auri, affirmat.

Porro ad *κειμήλια* literaria, quibus ditata fuit his annis Bibliotheca Regia, referenda ſunt ſcripta inedita Viri maximi Hug. Grotii, teſtibus Hallenſium Obſervationum Auctoribus, Tomo VII. p. 329. Et huc referam aſſertum Anonymi, in itinerario Gallico an. 1728. Gallice edito (eſt is Dn. Jordanus, Bibliothecarius Berolinenſis jam defunctus)

qui ſe Pariſiis apud Celeberrimum de Bozium audiviſſe ait, ſervari in Svecia exemplum epiſtolarum Grotii, cum adſcripta explicatione eorum omnium, quæ in Epiſtolis illis cryptographice conſignata reperiuntur; cujus apographum fuiſſe apud eundem de Bozium, addit. Fateri autem cogor, neſcire me, ubi nam in Svecia liber iſte ſic explicatus jam inveniatur. Dictorum autem fidem facit Jordanus adnexo explicationum ſpecimine. De tota Grotii MStorum Bibliotheca cum ejus vidua nomine Reginæ agebatur a Sch. Rosenhanio & Appelbomio in Oct. 1648. ut literæ indicant in R. Archivo ſuperſtites.

§. XX.

Gerh. Joh. Vossii filii propriis ac paternis meritis in aula Svecana jam diu inclaruerant. Dionysius Vossius, juvenis ingenii & eruditionis maxime præcocis, oblata Profeſſionis Dorpatenſis & ſcribendæ hiſtoriæ Sveo-Gothicæ munia morte præmatura anteverterat an. 1633. ætatis vigeſimo primo. Isaacus, cui vix erant inferiora doctrinæ & ingenii decora,

cora, literario commercio CHRISTINÆ familiaris, & magna deinde apud eam gratia conſpicuus, in Sveciam acceſſit 1648. Et eodem anno d. 28. Maji Regio diplomate heic conſequutus eſt, ſtipem bis mille imperialium; ob quam non aliud peculiare munus ipſi tum quidem injunctum fuit, quam ut ejus opera uteretur Regina in expediundis iis, quibus induſtria ejus & doctrina ſufficerent. Mox autem FREINSHEMIO in Bibliothecæ Regiæ præfecturam ſucceſſit. Literariis Viri Celeberrimi laboribus, qui paucis ignorantur, recenſendis ſuperſedeo. Multa quidem erant ejus merita in Bibliothecam noſtram, quam varie auxerat, factis hoc tempore pro libris novis comparandis in Bataviam ſuam crebris excurſionibus. Majora autem incrementa affluxere ab acquiſitis denuo in Gallia & Italia literariis theſauris. Quippe emit hiſce annis CHRISTINA Bibliothecam ALEXANDRI PETAVII, Conſiliarii Pariſienſis, nucleum, ut ajebat Salmaſius, Manuſcriptorum Galliæ; in, quam ditata olim codicibus MStis omnibus Abbatiæ S. BENEDICTI ad Ligerim, teſte

Goettenio in Europa Erudita T. III. p. 67. Celebrat in his Illuſtr. Leibnitius, Miſcellaneorum p. 156. tres Servii codices optimæ notæ & mire differentes, ex quibus apparuerit, quantum ſit aſſutum Scholiaſtis veteribus. Petavium iſtum de cetero, Virum literatiſſimum, Biographis, & Collectoribus Lexicorum Hiſtoricorum adeo parce nimis commemoratum, miror. Actum etiam an. 1651. de Bibliotheca Præſidis in dicaſterio Pariſienſi, Illuſtriſſ. de Mesmes, Comitis Avauxii fratris, operam iſti negotio commodantibus Claudio Sarravio, itidem Præſide Pariſienſi, & Bidalio, qui CHRISTINÆ a miniſteriis erat; ſed irritam, propter injuſtius pretium quadraginta quinque millium librarum Gallicarum a vidua Memmia illi Bibliothecæ conſtitutum. Scripſit ea de re aliquando ad Sarravium CHRISTINA: *On eſt injuſte d' en demander une ſomme, qui étonneroit tout autre que moi.* Ille Sarravius anno, quem dixi 1651. mortuus, Collectionem reliquit Epiſtolarum a filio Isaaco editam, quæ plurima ad rem literariam CHRISTINÆ ſpectantia,

tia, & doctum ejus cum Menagio, Fr. Valesio, aliisque plurimis, commercium exhibet. Eodem anno d. 26 Apr. literis ad Durellum, negotiorum Sveticorum cauſſa Pariſiis reſidentem, actum eſt a Regina de emenda Bibliotheca Henr. Stephani, cujus vidua oblatos pro illa abnuebat bis mille imperiales. Actum quoque de Theſauro Orientalis literaturæ Gaulminiano; immo codices ipſos in Sveciam hoc anno perlatos, refert N. Heinsius, qui Catalogum eorum a Gaulmino conſcriptum ad Reginam miſerat. Conf. literæ ejus ad illam in Sylloge Burm. T. V. p. 738. Sed rediiſſe etiam hæc omnia ad poſſeſſorem, nimis grande pretium iis ſtatuentem, affirmat Huetius loco infra citando. Facilior ſimul & opimior meſſis fuit in diſperſione Bibliothecæ Mazarinianæ, quæ pulſo in exilium Poſſeſſore, vili pretio Pariſiis ſub haſta vendebatur an. 1652. (De tota emenda, cogitaſſe Reginam, indicat Heinsius, literis ad eam in Oct. 1651. datis) Magnus hinc cumulus rariſſimorum librorum Stockholmenſi armario acceſſit. Ignoravimus huc usque, ne-

 fas

fas eſſe Principum perſonis libros, auctionis, ut appellant, lege ſibi comparare. CONRINGIUS in Epiſtola, de Wolffenbüttelenſi Bibliotheca, citante BURCKHARDO in ejusd. Bibl. Hiſt. P. I. p. 170. *Auguſtum*, ait, *Ducem Brand. Luneb. iſtius Bibliothecæ conditorem, in coëmendis libris ea religione fuiſſe, ut cum Pariſienſis Parlamenti decreto illa Eminentiſſ. Cardinalis* MAZARINI *omnium optima Bibliotheca vili pretio diſtraheretur, quamvis eſſent, quæ optimus Princeps magnopere ex ea deſideraret, quidpiam tamen ejus emi ſibi vetaret, ne quid ex illa in omne ævum haud temere excuſanda venditione, quam boni publici amore averſabatur, adveniens auguſtæ ſuæ ſacra contaminaret: a quo more abhorruiſſe Auguſtum, & meliori titulo comparaſſe ſibi libros.* En heroiſmi nova præcepta!

§. XXI.

Venerat in Sveciam a. 1648. commendatus ab Is. VOSSIO, accerſitus a CHRISTINA, NIC. HEINSIUS, ſuo tempore alter a patre Daniele in eruditionis & eloquentiæ principatu. Gratum jam diu in aula Svetica, Heinſianum nomen erat,

rat, quod vel Daniel ille, Conſiliarii & Hiſtoriographi Regii honoribus ſibi a GUSTAVO MAGNO conceſſis, & ſplendidiſſima panegyri, qua Herois memoriæ parentavit, illuſtrius reddiderat, vel etiam Janus Rutgerſius, ejus affinis, qui, ut ſcribit N. HEINSIUS literis ad CHRISTINAM, in citata Burmanniana ſylloge T. V. p. 770. *poſt tredecim annorum operam fideliſſime GUSTAVO MAGNO navatam, poſt obitas per Germaniam ac Belgium multas Legationes, ære alieno oppreſſus e vita exceſſerat.* Anno igitur 1651. a CHRISTINA in Italiam miſſus N. HEINSIUS, conquiſitum omnis generis codices raros, numiſmata antiqua, marmora & ſtatuas, poſt biennium redux, harum amœnitatum theſauro Bibliothecam & numophylacium Reginæ locupletavit. Etenim Auguſtæ Taurinorum donatas Reginæ acceperat Pyrrhi Ligorii antiquitates Romanas Voluminibus XXVII. ex quibus poſtea parvum ſpecimen inſcriptionum edidit LUCAS HOLSTENIUS. LIGORIUS ille Italus, qui circa initium Sec. XVIti floruit, nihil ipſe typis reliquerat exſcriptum, præter Anti-

tiquitatum Romanorum epitomen, Mediolani HEINSIUS Dioſcordem, Stephanum de urbibus & Pollucem adeptus eſt: Venetiis inſignem rariorum numiſmatum acervum coëmit: Florentiæ plurimos bonæ notæ codices a Duce SALVIATO, literatiſſimo Principe, Reginæ donatos acquiſivit: Bononiæ occurrebant Appiani Hannibalica: Argentorati Epiſtolarum Caſaubonianarum faſciculus. Et quis ſingulis enumerandis ſufficeret. Verbo: literarios numariosque theſauros ſub iſta peregrinatione comparatos ad quadraginta millium florenorum pretium, additis itinerum expenſis & Rutgerſianis poſtulatis, computavit HEINSIUS, qua pecunia ſe tandem fraudatum, in libello ſupplice & aliis literis plurimis, apud BURMANNUM, Sylloges T. V. p. 770. &c. ac Vita Noſtri per eundem, Adverſariorum Libris præfixa, legendis, magna eloquentia apud Reginam conqueſtus eſt. Nam SALMASIUS (& hoc præmonere debuimus) cujus æque ac Bourdelotii potens tunc apud CHRISTINAM gratia nullos æmulos ferebat, etiam HEINSII patris inimicitias ulturus, omni niſu apud Dominam egit, ut filius NI-

COLA-

colaus priſtino excideret favore. Hinc factum, ut mittenda pecunia ad perficiendum iter Italicum ſæpe deſtitueretur, neque ante ultima Salmaſii fata Sveciam reviſere ſuſtineret. Sic lubricum nimis culmen erat Viris eruditiſſimis in aula eminere CHRISTINÆ, ipſis maxime obſtantibus, qui turpi invidia & obtrectationibus ſeſe mutuo impetere nunquam ceſſarunt. Heinsii cauſſam defendit Cynicus ille Leidenſis Grammaticus in Præf. ad T. V. Sylloges Epiſtolarum, ſed qui ab Heinsio, cui laudanda in hoc negotio fuit animi moderatio, non didicit, de Regina a literis immortaliter merita verecundius loqui. Quis non ægre feret bonus, ſcholaſticæ fæcis hominem Regio diademati tam impudenter allatrare. Scire de cetero potuiſſet, multa Heinsium in Italia amicis comparaviſſe, multa ſibi etiam ipſi. Audiatur ſæpius nobis citatus Burckhardus P. I. p. 115. Heinsius, inquit, *præter alia MSta Duci* Augusto *Brunſv. Luneburgico, Principi ſui temporis doctiſſimo, & Doctorum Mæcenati, Joh. Marii Philelphi, Poëtæ Itali, poëmata, a Car. Dati in Italia a.* 1652. *accepta,*

cepta, dedit. Et Sam. Closius, Præf. ad Philelphi poëmata: Heinſius *in Italia commorans, & compluribus codicibus MStis a Carolo Dati aliisque liberaliſſime donatus, provide id antea egit, ut iſti codices, tanquam jucunda & haud inania bene confectarum ab ſe peregrinationum teſtimonia, tuto ac propere in Belgium differrentur.* Adde, clauſulam literarum Reginæ infra addendarum evincere, præmonitum fuiſſe a Domina Heinſium, ne quid proprio conſilio emeret ipſe: indicare debebat, miſſis Catalogis, & indicato pretio, quæ occurrebant rariora.

Antequam Articulum de Heinsii itinere finiamus, poſſent ex commercio ejus literario, quod collegit Burmannus a p. 734. T. V ti Sylloges multa adhuc excerpi, de Altemsii & Salviati, Ducum, itemque Ruzini Bibliothecis, de quibus emendis Romæ & Venetiis tranſactum, ſed ſucceſſu dubio: poſſent etiam de numophylaciis Italiæ eo tempore vendibilibus, Belloni, Viarii, Senatoris Florentini, Buoncompagni, Epiſcopi Bononienſis, Franciſci Gothofredi; tum quoque de ſtatuis antiquis coëmtis

tis & in Sveciam miſſis, longe plurima adjungi. Sed ſint inſtar omnium literæ Palladis arctoæ ad HEINSIUM noſtrum Holmia Vianam datæ d. 1. Maji a. 1652. quas, an ſtudio? vitiatas edidit obtrectator ille Batavus libro cit. p. 750. Conf. HEINSII Ep. ad Gronovium ibid. T. III, p. 301. 302. Ubi, quæ in literis hiſce perperam lecta ſunt, ex parte emendantur. En ipſas:

J' ai recû pluſieurs de Vos lettres, les quelles m' ont fait aprendre les ſoins & l' aplication que Vous avez à mon ſervice. Je ſuis obligée de Vous en remercier, & je ne manquerai pas aux occaſions, dans les quelles je Vous pourrai faire reſſentir les effets de ma reconnoiſſance. Ils ſeront tels, que Vous n' aurez jamais ſujet de regretter Vos peines, qui ſeront recompenſées d' une maniere digne de moy & de ma gratitude. Mandez moy les Catalogues des livres que Vous auez achetez & de ceux, que Vous auez fait copier, & le compte de l' argent que Vous auez depenſé tant pour Votre perſonne, que pour Votre achat. Je Vous ferai tout payer. Et mandez moy auſſi combien Vous auez beſoin, afin que je Vous envoye les changes pour Votre voyage. Je ne Vous puis rien en dire,

ſi

ſi non que je le remets tout en Votre diſcretion ſans façon. Encore faut il que Vous ſachiez que je veux, que Vous ne quittiez pas l' Italie ſans auoir viſité la Sicile. Pour Votre demeure en tout & par tout, faites la auſſi longue & auſſi courte, comme Vous jugerez qu'il ſoit beſoin pour mon ſervice. Vous m' en rendrez un tres grand, ſi Vous pouvez me faire tenir correſpondance auec le Cavailler del Pozzo & quelques autres gens de merite. Je ſerai ravie de cultiver leur amitié, s' ils m' en donnent quelque petite marque. Ayez auſſi ſoin de remarquer ceux qui travaillent ou en vers ou en proſe pour mon honneur, a fin que j'en ſois ponctuellement auertie pour pouuoir les regaler. Vous ſavez que je ſui curieuſe, ayez ſoin de contenter ma curioſité en matiere de medailles. Continuez de m' envoyer le Catalogue de ce qui eſt beau & curieux; mais ne Vous embarquez point en aucun achat. Pourveû que je ſois inſtruite de ce qui eſt rare, je diſpoſerai bien du reſte. Je renouvellerai, auant que de finir, encore une fois la proteſtation que je Vous ai faite des le commencement de ma lettre, vous aſſurant, que j' aurai ſoin de recompenſer dignement Vos peines, & que

Vous

Vous n' obligerez jamais une ingrate. De Stockh. le 1. May 1652.

CHRISTINE.

Tandem beneficio & commendatione Reginæ, Batavorum apud eam Orator conſtitutus HEINSIUS, hoc officio per plures annos functus eſt.

§. XXII.

De iconibus & tabulis pictis, Germanici belli ſpoliis ſuperius inſperſimus ex Ogerii Itinerario. Addimus jam e Deſcriptione nova Pariſienſi Piganiolis la Forcii Edit. a. 1742. T. 2. p. 234. nonnullas exquiſitiſſimas Corregii, Pictoris Itali, tabulas a Bourdono, in Sveciam ſtatim poſt obitum GUSTAVI M. a CHRISTINA accerſito Pictore Gallo, heic Stockholmiæ in arce Regia obſervatas, quarum hos titulos adfert citatus Auctor: *Noli me tangere*, *leda*, *Io*, *Danaë*, *Cupido arcum intendens*, *Mulus*, *Cæſaris Borgiæ Icon*, *duo genii*. item RAPHAELIS *Sancta Familia*. Quæ jam omnes Pariſiis in palatio Ducis Aurelianenſis conſpi-

ciuntur. Sed de Bourdono & harum cimeliorum fatis, alio loco amplius dicemus. Idem Auctor T. VIII. p. 202. *Dianam* ex ære memorat, quæ donata Servieno, Legato Gallico, a CHRISTINA, in horto Salicenſi juxta Pariſios nunc conſpicitur. Regiam itaque Bibliothecam iſto tempore hujus generis ornamentis variis inſigniter decoratam fuiſſe hinc concludimus. Immo poſt tot rerum vices, inſtar paucarum ex naufragio tabularum, ſuperſunt hodie icones illuſtrium & doctorum Virorum, ſat magno numero, inque his imagines triginta ſex Legatorum ad pacem Monaſterio-Weſtphalicam, quarum ectypa habentur æri inſculpta in pulcherrimo opere *Pacificatorum orbis Chriſtiani* a. 1697. edito apud Pet. van der Slaart in Fol. Archetypa autem pinxerat Principis AURIACI quondam Pictor celeberrimus A. van HULLE. Superſunt marmorea capita ſeptendecim, quorum non pauca, utpote HOMERI, ZENONIS, DEMOSTHENIS, CICERONIS &c. veras optimæ antiquitatis notas oſtendunt. His accedunt æneæ ſtatuæ novem, operis nec vulgaris;

quæ-

quæ omnia ornabunt olim novum Bibliothecæ atrium, quod in palatio Regio ſplendidiſſimum hodie adornatur.

§. XXIII.

Frequentiſſimam Viris eruditis aulam CHRISTINÆ a. 1652. auctum venerunt PETRUS DANIEL HUETIUS & SAMUEL BOCHARTUS. Ille vix ſemeſtrem in Svecia commorationem tam editis *Commentariis de rebus ad ſe pertinentibus*, quam carmine ad CAPELLANUM deſcripſit, cui titulus: *Iter Svecicum*. Nec quicquam fere heic commendatione dignum repererat nauſeans & faſtidioſus peregrinator, præter Reginam & ejus Bibliothecam. De reliquo, in Svecanam gentem, mores & ipſum aërem dicteria per iſtas paginas ſparſit non pauca, ad exemplum Ogerii illius. Diu eſt, quod hunc animi morbum cultiſſimæ Nationi exprobrant exteri. Et appoſite Huetiis Ogeriisque objicit ingenioſiſſimus Van Effen in Miſanthropo, Diſcurſu XLVIII. Conf. etiam Diſc. LXXXVI. *Ces gens-là paroiſſent devenir inſoiens à meſure qu' ils s' eloignent de leur patrie. Il ſemble, qu' ils ne vont voir*

G les

les autres peuples, que pour les morguer, pour inſulter à leurs coutumes, pour braver leurs loix, & pour promener dans le monde leur orgueil & leur extravagance. His adde Rev. Ep. G. Wallini Præf. ad S. Genoveſ. Qua vanitate Huetius in Commentariis illis p. 232. de oblato ſibi, homini Romano-Catholicæ religioni addictiſſimo, a Senatu Sveco, munere inſtituendi in literis CAROLI GUSTAVI Filium, regni Hæredem, apud ſuos gloriatus eſt, legi datur in Actis Lit. Upſ. T. I. p. 464. Magis ad inſtitutum noſtrum ſpectat teſtimonium ejusdem Huetii de Bibliotheca Reginæ, in citatis Commentariis p. 232. Scilicet, *creſcebat*, inquit, *nihilominus Bibliotheca Regia & numero librorum & dignitate, qui undecunque collecti in eam confluebant. Nam ad eos, quos inter Germanicas manubias deportaverat in Sveciam GUSTAVUS ADOLPHUS Rex, acceſſerunt multi in ſectione Bibliothecæ Mazarinianæ pretio empti: tum & Ger. Joh. Voſſii Bibliotheca grandi ære de Iſaaco filio redempta. His addita fuerat Bibliotheca Petaviana, tota libris antiquis, Græcis & Latinis, manu exaratis. Item Gaul-*

Gaulminiana, tota libris Ebraicis, Arabicis aliisque exoticis hujus generis conflata, quæ paulo poſt tamen ad Gaulminum, immane hujus pretium ſtatuentem, rediit. Illuc quoque plurimos optimæ notæ codices intulerat Iſaacus Voſſius, a ſe paſſim per Europam magna diligentia conquiſitos. In his volumen Græcum ſatis grande, manu deſcriptum, quo Commentariorum Origenis in Matthæum continebantur Tomi aliquot, & ejusdem præterea tractatus de Oratione. Quod cum intellexiſſem veniſſe a Voſſio, quæſivisſemque deinde ex eo, unde illud habuiſſet, & quid eo, poſt meum ex Svecia diſceſſum, eſſet factum, reſpondit ille, raptum fuiſſe a militibus in direptione Wormacienſis Bibliothecæ, & vili pretio coëmtum ad ſe perveniſſe. Enimvero id nactus, adhortante Bocharto, deſcribere ſtatim ſum aggreſſus, poteſtate mihi facta a Regina. Atque hinc prodiit Origenianorum Commentariorum editio, quæ ſequentibus ſubinde annis a me procurata eſt. Legatur etiam Præf. editionis Origenianæ per Huetium, ubi vitam quam in Svecia degit deſcribens Editor, omne tempus ſuperfluum ſe conſumſiſſe ait colloquiis cum Viris eruditis, arcta ſecum ſtu-

ſtudiorum ſocietate conjunctis. Bibliothecam Regnæ & heic laudat, & varia, quibus exornata erat, MSta rariora recenſet. A Bocharto monitus codicem Origenianum exſcripſerat, quæ res cauſſa diſſenſus & alienationis animorum doctiſſimis Viris iſtis, religione etiam disjunctis, poſtea fuit. HUETIUS enim codicem iſtum exſcribens, hæc verba omiſerat: Καὶ τὸ ἁμαρτόμενον βρῶμα διὰ λόγου Θεοῦ καὶ ἐντεύξεως καθ' αὐτὸν τὸ ὑλικὸν εἰς τὴν κοιλίαν χωρεῖ, καὶ εἰς ἀφεδρῶνα ἐκβάλλεται. h. e. *Cibus ipſe per verbum DEi & orationem conſecratus, ſecundum illud ipſum, quod materia conſtat, in ventrem abit & in ſeceſſum abjicitur.* BOCHARTUS hanc ἀβλεψίαν animadvertens, voluntariam fuiſſe, non ſine ratione ſuſpicatus eſt, Huetiumque, partium ſtudio abreptum, Proteſtantibus locum Origenis de Euchariſtia, ipſorum ſententiæ faventiſſimum, ſuffurari voluiſſe. Conf. Tilladeti Collect. Diſſert. T. I. p. 2. in notis. Tertia Huetii noſtri deſcriptio Bibliothecæ Chriſtinianæ habetur in Epiſtola ejus ad PET. MAMBRUNUM, data

Kal.

Kal. Maj. 1653. in hunc modum, quo ſimul diſpoſitionis in quatuor ampla conclavia aliqualis idea ſiſtitur: *Refertiſſima*, inquit, *eſt Bibliotheca Regia. Vix eam capiunt perampla quatuor conclavia. Conſtat partim ingenti librorum copia, quos olim ex Germania, cum optimis ſpoliis & pretioſis manubiis, Holmiam advehi curavit GUSTAVUS ADOLPHUS, CHRISTINÆ Pater. Librorum illorum maxima pars Olomucii, quæ urbs eſt Moraviæ primaria, e Jeſuitarum & Capucinorum domibus detracta eſt, uti librorum iſtorum tituli præferunt. Acceſſerunt Bibliothecæ Ger. Joh. Voſſi, Alexandri Petavii, Senatoris Pariſienſis, quæ ſolis manu deſcriptis Græcis & Latinis codicibus, & Gilberti Gaulmini, ſupplicum Libellorum Magiſtri, quæ ſolis Arabicis, itidem manu exaratis, conſtant: & plurima præterea volumina in auctione Bibliothecæ Mazarinianæ empta. Hæc omnia ingenti pretio comparata. Quibus impenſis atque aliis longe plurimis exhauſtæ ſunt curtæ Svecorum opes. Itaque cum ad ſumtuarias rationes ventum eſt, fremit tota gens & ſeditionem minatur.* Inſeruntur hæ literæ citato Tilladeti libro p. 272.

§. XXIV.

Proficiſcentibus in Sveciam HUETIO & BOCHARTO comitem itineris ſe adjunxerat VOSSIUS ex Batavia, quo frequens his annis itare ſolebat. Jamque Helſingburgum usque redux, gradum in patriam referre cogebatur, ſic mandante Regina, cujus offenſam nuper incurrerat, ob vocatum in jus, ut fama erat, leviſſima de re Salmaſium ſibi inimiciſſimum, & apud Reginam plurimum valentem. Conf. HUETII Comment. p. 95. Epiſtolam GRONOVII ad HEINSIUM in Syll. BURM. T. III. p. 297. Et MENCK. Lex. Er. p. 2439. ubi VOSSIUM noſtrum *Bibliopolam Regium*, & *Exbibliothecarium* a SALMASIO appellatum, legimus. Svaſerant quidem VOSSIO amici, GRONOVIUS & alii, ut nihil intentatum relinqueret, quo SALMASIUM deliniret, atque ſic in gratiam Dominæ rediret, ſed ad hæc indignabundus ille ſiluit. Neque miror, ægerrime tuliſſe Viros doctiſſimos nimiam, quæ cæteris fraudi fuit, CHRISTINÆ benevolentiam in Salmaſium, quem Alaſtorem, vel magnum Pana, appellare conſueverant, & ἰατραλείπτην

illum

illum Bourdelotium, moribus quidem ad artes aulicas compoſitis, ſed nihili præterea homine. Creberrimæ in citata ſæpius Burmanniana ſylloge querelæ & N. HEINSII & VOSSII noſtri & BOCHARTI ça de re leguntur. Quo accedunt etiam HENR. VALESII verba in Epiſtola ad HEINSIUM an. 1652. ſcripta, ubi ſtatus literarius in Svecia hoc tempore atris coloribus depingitur: *pervulgatiſſimus*, inquit, *in noſtra urbe rumor eſt*, *aulam Sveticam Viris doctis amplius non patere*, *ſperni illic ſtudia literarum*, *& neſcio quos rhythmos ac libros inficetiſſimos in pretio haberi*, *idque culpa nebulonis cujusdam*, *qui Ser. Reginæ animum a ſeriis ſtudiis ad hæc ludicra & inania traduxerat*. Immo ſocietatem quandam, quæ literariæ nomen mentiebatur, apud Reginam inſtituerat BOURDELOTIUS, ubi ſcripta ejusmodi frivola proponebantur. Meminerunt & hujus Academiæ ab illo Medicaſtro & SALMASIO inſtitutæ, in qua de carminibus & rhythmis nonnullis judicia ferebantur, N. HEINSIUS alicubi & IS. VOSSIUS in Epiſtolis. Ita ille HEINSIO in Dec. 1652. *Valet* BOCHARTUS *multum gratia*, *illo tamen*,

 men,

men, ut ſcis, longe gratioſior eſt Jatraliptes. Per hunc omnia nunc in Svecia & aguntur & moventur. Præſidet ille noviter erectæ in aula Academiæ, ut vocant, & Aſſeſſores habet Naudæum & Frenium. Cum primo tamen minus ei nunc bene convenit, quod cum ipſe a jocis & ſalibus liberioribus abſtinere non poſſit, alter ea non poſſit concoquere. Huic Academiæ intereſſe etiam cogitur Bochartus, ita volente Regina, ſubtriſtis tamen, & ab ineptiis, quæ illic peraguntur, longe, ut noſti, alienus. Nuper examinata fuere in hoc conceſſu poëmata Mori *in Reginam, verum ea futilitatis & inſcitiæ fuere damnata: cumque* Bochartus & Naudæus *cauſſam abſentis tuerentur exemplo Virgilii & Horatii, interlocutus eſt Dn. Præſes, affirmando, ſibi plura quam* 300 *vitia in illis auctoribus eſſe annotata, ideoque parum tutam eſſe defenſionem* Mori, *ſi talibus niteretur Auctoribus.* Salmasium Bibliothecarii munus poſt Vossium occupaſſe, perperam tradit Plantinus in Hellade ſub Arcto p. 41. Nam qui huic in Bibliothecam regendam ſuccederet, Gabriel Naudæus, huc vocatus eſt a Regina. Fuerat is antea trium Cardinalium, de

Bal-

Balneo, Ant. Barberini, & Mazarini, Bibliothecarius ſuccedente tempore. Omnigenam Viri eruditionem & ſcripta, quæ Octogenarium numero exæquant, prout ex Catalogo in Naudæanis apparet, novit & ſuſpicit univerſus orbis literarius. Stockholmiam ille acceſſit æſtate media an. 1652. cum Raphaële Tricheto Freneo (du Fresne) quem *pretioſæ & rariori ſuppellectili ſuæ*, h. e. numophylacio & ſimilibus antiquitatum collectionibus, præfecerat Regina, teſte Huetio l. cit. p. 3. hinc Bibliothecarium CHRISTINÆ a nonnullis appellatum. *Il ſucceda a M. Naudé dans la charge de Bibliothecaire de la Reine de Svede & s' acquitta trés dignement de cet emploi là*, inquit Colomesius in Bibl. Sel. p. 200, qui & Catalogum Bibliothecæ Trichetianæ a. 1662. Pariſiis editum in 4:o, & ſcripta nonnulla hujus viri recenſet rei numariæ peritiam indicantia. Conf. etiam Chevreanorum T. I. p. 31. Inter ſcripta Naudæi laudatur Epiſtola ad Gaſſendum de meritis CHRISTINÆ, *ſur les bonnes qualités de la Reine* CHRISTINE, data Holmiæ d. 19.

 Octob.

1652. Ipſe ſequenti anno hinc in Galliam ſuam remigravit, eoque non dum finito, Abbevillæ e vivis ereptus eſt.

Hoc etiam anno 1653. e Svecia primum, mox ad plures abiit SALMASIUS. Et BOURDELOTIUS aula non multum poſt ejectus eſt, cauſſam ſubindicante HEINSIO, Epiſtola ad J. FR. GRONOVIUM in Syll. BURM. T. III. p. 318. *Alaſtoris*, ait, *Sociennum, Archiatrum dico, periiſſe in aula, jam, credo, intellexeris, calumniarum convictum inſignium, quas de viro quodam Illuſtriſſimo, & Regia affinitate conſpicuo, ſparſerat; quare res ſuas habere ſibi juſſus eſt. Sic nos ſervavit Apollo. Ego Æſculapio Gallum, qui ab illo morbo nos liberavit.* Itaque VOSSIUS & HEINSIUS in Sveciam hoc ipſo anno reduces priſtinæ gratiæ & dignitati reſtituebantur. Conf. l. c. T. III. p. 324. Illius, VOSSII, inquam, merita in Bibliothecam paucis ſupra attigimus. Neque forte minora fuere, quæ iſti detrimenta attulerat. Non enim absque ratione credimus, Bibliothecarium hunc, indulgentia Reginæ nimia, qua ipſi conceſſum ajunt, libros e Bibliotheca Regia, quos vellet, ſibi ſumere,

ita inverecunde abuſum fuiſſe, ut abituriens hanc plurimis rariſſimis optimisque codicibus ſpoliaverit. Legimus paſſim in cit. ſylloge Voſſianæ infidelitatis veſtigia. *Leonis tactica*, inquit HEINSIUS T. I. p. 489. *cum optimo exemplari*, *&* *vulgatis codicibus auctiore*, *collata*, *olim poſſidebamus*, *quem librum*, *Reginæ pridem a me donatum*, *poſtea apud Is. Voſſium vidi.* In iſtis ſpoliis erat Ulphilæ argenteus codex, quem bis mille aureorum pretio ab hæredibus VOSSII redemtum Upſalienſi Bibliothecæ donavit Illuſtriſſ. M. G. DE-LAGARDIUS, hinc a popularibus eruditis hecatombe dignus. Conf. Diſſert. Aboenſ. de defectu Hiſt. Sveog.

VOSSIUS noſter ab inſigni eruditione laudem non dubiam tuliſſet, ſi ad ingenii promtitudinem acceſſiſſet bonitas & ſubactum judicium. *In mandatis Regiis* (h. e. Reginæ Dominæ) *exſequendis*, ait HEINSIUS, ſyll. B. T. III. p. 307. *mira fuit ſupinitate.* Tandem nutante ad finem CHRISTINÆ regimine, hinc in Angliam transmeavit, ibique ſedem fixit, factus Canonicus Windſorienſis. De illo dixiſſe aliquando perhibent Regem

gem Angliæ, CAROLUM II. *Docti hujus Theologi mirum eſſe ingenium, qui omnia crederet, exceptis iis, quorum aliis hominibus nulla erat dubitatio.* Locupletiſſimam ejus Bibliothecam emtionis jure ſibi ab hæredibus vindicavit Academia Lugduno Batava, pretio XXXVI. millium florenorum. Videſis Catalogum MStorum Voſſianorum in Colomeſii Opuſculis a JOH. ALB. FABRICIO editis, & in Catalogo MStorum Angliæ & Hiberniæ.

§. XXV.

Silent memoriæ noſtræ eorum nomina, quæ inferioris ſubſellii munia in Bibliotheca hac Regia obierunt. Unici tantum mentio fit *Andreæ Biörn*, inſpectoris poſtea Monetariæ Regiæ Stockh. qui a. 1689. conſcriptam, non tamen editam, deſcriptionem reliquit partis ejus urbis primariæ, quæ Inſula Regia, vulgò *Kongsholmen* appellatur. Ait ipſe Auctor, ſe juvenem in Bibliotheca CHRISTINÆ IV. annis ſerviiſſe. De Bibliopolis itaque pauca addemus. His autem & hinc libris bonis, diu caruiſſe patriam noſtram, querela eſt SCHEF-

FERI

FERI, nec injuſta quidem, in Præf. ad Svec. Lit. Mirari certe convenit, vix unum e Svecis, in hunc usque diem, animum & facultates ad hoc mercaturæ genus applicuiſſe. Sed quemadmodum in ceteris commercia olim neglexímus, & vili pendimus Sveci, ita & in hoc puncto. Jam autem reſipiſcentiæ ſpes eſt. Succinctam de Bibliopolis noſtris commentationem lege in Hiſt. Bibl. Upſ. repetere enim e re non judicamus. Addimus ſaltem iis, quorum ibi mentio, *Hermannum Sulkens*, Civem & Bibliopolam Holmenſem, Germanum tamen, qui circa a. 1599. & ſequentes, impenſas libris excudendis dedit. Conf. Svec. lit. p. 47. 48. Item *Johannem Tile*, Bibliopolam Upſalienſem, neque tamen illum Svecum, qui a. 1622. JONÆ MAGNI Wexionenſis Hiſtoriam univerſalem & alia plura ſuis edidit impenſis. Ad CHRISTINAM redeuntes, obſervamus, *Johannem Janſſonium*, ſen. Civem Amſteledamenſem, a. 1647. hujus Reginæ privilegio amplo munitum, typographiam prælis nitidiſſimis, ut libri ab ipſo editi teſtantur, Stockholmiæ

per

per aliquot annos exercuiſſe; deinde peculiari diplomate obtinuiſſe, ut, adſcito ſocio, *Chriſtophoro Euſebio Talitſch*, Jenenſi, Bibliopolia Stockholmiæ & Upſaliæ haberet, inque ſuos uſus proprium Bibliopegum, more, ut apud Pariſienſes, laudatiſſimo.

§. XXVI.

Tandem ventum ad magnam rerum cataſtrophen, quæ ipſo Junio menſe, anni 1654 contigit; Enimvero CHRISTINA, ob cauſſas, quas anecdotorum politicorum promis condis relinquimus, regimen abdicavit, regno patrio exiit, & avita religione mutata, poſtquam Germanis, Belgis & Gallis per aliquot temporis coram ſeſe ſpectandam dediſſet, Romæ tandem ſedem fixit ALEXANDRÆ nomine, quod ſibi adſcivit, Romano quidem Antiſtiti tunc acceptior, ſed popularibus ſuis & æquis rerum judicibus aliis per totam, qua durabit, poſteritatem non hinc certe illuſtrior. Atque ut hunc dramatis epilogum ipſa prius animo conceperat, ita Bibliothecam ſuam, & quicquid rari ac pretioſi congeſtum erat,

MSto-

MStorum, numorum, ſtatuarum, imaginum pictarum, jam ante abitum exportari curaverat. *Alio*, inquit N. Heinsius, literis ad Hadr. Valesium ipſis nonis Majis iſtius anni Upſalia datis, *eſt translata Bibliotheca, nec a me viſa, ex quo huc reverſus ſum. Viciniorem illam opinor eſſe vobis, quam ſit mihi.* Immo credide-rim Romam rectâ transmiſſam fuiſſe.

Et habent ſua fata libelli! Sæpe numorum inſtar per regiones ſitu maxime diviſas Ulyxeis erroribus circumvagantur. Occurrunt lecta nobis nuper in vita La Crozii per Jordanum, ejus generum, de XL Voluminibus MStis *Relationum diverſarum*, quæ jam a XV. amplius annis, neſcio unde, coëmta, in Bibliothecam Berolinenſem venerunt. Ad iſta autem Volumina La Crozius, Bibliothecarius, annotaverat, fuiſſe olim in literario CHRISTINÆ armario. Titulos nonnullarum Relationum addit Jordanus p. 129. quasdam harum Eccardus inſeruit corpori Hiſtoricorum medii ævi. At in Bibliotheca Stockholmenſi ſuperſunt jam ex iſto naufragio vix ſupra binas Voluminum decades, quas tamen

poſt

poſt tantam expilationem ſupereſſe, potius miraberis. Ejusdem generis eſſe videtur collectio CCCXCVI. Voluminum, quæ in Bibliotheca Auguſtana Wolffenbutelenſi ſub nomine venit Voluminum Mazarinianorum, continetque ex recenſione Jac. Burckhardi in Hiſt. hujus Bibliothecæ p. 170. *Arcana de Rebus publicis totius Europæ.* De hac collectione ita Conringius in Epiſt. de Bibliotheca Auguſta, ex Rigaltio P. Puteani biographo: *P. Puteanus, adjunctis ſibi* Nic. Claud. Fabro *&* Ant. Lomenio, *Comitis Briennei patre, arcanæ memoriæ chartas ejusmodi magno numero undiqde conquiſivit, quæ Principum & Legatorum literas, inſtructiones & hujusmodi innumera continebant: unde, eodem Rigaltio teſte, CCCC amplius Voluminum Bibliotheca inſtaurata fuit. Hæc Volumina Lomenius, ſumtu liberali, multo labore, tranſcripta, magnificoque opere compacta, in ædibus ſuis ad varios variorum uſus habuit; quo defuncto regia hæc ſuppellex in Luparanis armariis cuſtodiri cœpit, donec ea Mazarinianis acceſſerit.* Ex Rigaltio etiam docemur, ab ipſo Puteano Memorialium ejusmodi

DCCLXV.

DCCLXV Volumina eſſe congeſta, ipſius manu maximam partem deſcripta. Wolffenbuttelenſia Volumina ex Lomenianis exarata eſſe, operam iſti rei conferente Viquefortio, idem ait CONRINGIUS. CHRISTINIanorum illam Memorialium collectionem ex diſperſione Mazarinianæ Bibliothecæ ortam, vel ſaltem ſuſpicandi locus eſt. Hæc autem ideo prolixius annotare voluimus, ut hujusmodi cimeliis juſtum pretium ſtatuere diſcamus. Quippe quibus, apud Venetos etiam magna copia inventis, deſcriptiones de Regno Sveciæ Italorum aliorumque, Sanſovini, Boteri, Poſſevini, Honorii &c. tribuendæ ſunt.

Sed CHRISTINÆ Bibliothecam aliquantiſper Romam ſequamur: De illa MABILLONIUS, at quantus arbiter, in Muſeo Italico T. I. *Vix ulla*, inquit, *fuit in tota Italia Bibliotheca, ad quam faciliorem acceſſum habuerimus, & Romæ vix ulla, ex qua magis profecerimus, quam CHRISTINÆ, Reginæ, Bibliotheca, continens, ex recenſione Lucæ Holſtenii, codices antiquos 2145. a Regina undique comparatos.* HOLSTENIUS primus Reginæ Biblio-

bliothecarius Romæ fuit. Anno autem 1661. in Junio vocabatur MARC. MEIBOMIUS, ut eſſet Illi a Bibliotheca. Conf. Syll. BURM. T. V. p. 779. Sed quo minus hanc ſpartam occupaverit, cauſſæ me latent, niſi varium & inquietum hominis ingenium (talis enim in Heinſianis epiſtolis depingitur) obſtiterit. MEIBOMIUM in Svecia fuiſſe Reginæ Bibliothecarium nonnulli aſſerunt, (*qq*) ſed perperam. Alii Bourdelotium hoc officio functum non meliori fide affirmant. De fatis MEIBOMII, qui ultimo Profeſſorem Amſtelodami egit, obiitque a. 1717. fere centenarius, legas TYCHONIS HOFMANNI Memorias illuſtrium Danorum, elegantem librum nuper editum, in vita GRIFFENFELDII p. 6. & MOLLERUM in Cimbr. Lit. (*rr*)

CHRISTINIANA Bibliotheca trans-

(*qq*) Auctor vitæ CHRISTINÆ, quæ prodiit Germanice, Lipſ. 1705. 8vo.

(*rr*) Librum ſuum de Proportionibus, *majus otium in Svedia nactus anni* 1653. *bieme*, *dialogi forma*, ut ipſe fatetur in Præf. conſcripſit Meibomius. Edidit autem Haſn. anno ſequente fol. Præfatio iſta de mira hominis vanitate & arrogantia aperte teſtatur. Ita enim incipit: *Quod orbis litera-*

tranſlata eſt, fatis concedente Regina, in Vaticanum palatium, ubi & hodie conſpicitur. Codicum, quibus excellit, manu exaratorum Catalogum amplum, e Bibliotheca Pariſienſi Regia erutum inſeruit *Bibliothecæ Bibliothecarum MStorum* T. I. doctiſſimus, dum vixit, e Benedictinorum Pariſienſium cœtu, BERNHARDUS MONTFAUCON. Continet ille Catalogus codices numero 2111. Exſcriptum ex autographo Romano, docet alius index iſti additus, hac rubrica: *Catalogus alphabeticus MStorum codicum, qui extabant in Bibliotheca Alexandri* Petavii, *ac deinde divenditi, in Sveciam ſunt transportati, nunc autem plurima parte aſſervantur Romæ in Bibliotheca Reginæ Sveciæ*, 1660. Sub finem indicis hæc leguntur: *Catalogus iſte MStorum codicum eſt Dni Alexandri Petavii, Conſiliarii Pariſienſis, quem ſcripſi an.* 1645. 3. & 4. *diebus Maji ex alio eodem anno per eum confecto. Il y a plus de* 1447. *Volumes.* Huic poſtponuntur

tui gaudeat, poſteritas grata memoria recordetur, primi novas Geometricarum rationum leges in natura deteximus.

Quid dignum tanto feret hic promiſſor hiatu?

nuntur addenda nonnulla ad Catalogum antecedentem. Reſtant & nobis Catalogi Bibliothecæ Chriſtinianæ Volumina duo.

§. XXVII.

Etiam numophylacium Reginæ Romam transvectum erat, Romanis numismatibus locupletiſſimum. Et locupletius illud fuiſſet, niſi paraſitis aulicis & advenis eruditis, tam multa donaſſet liberaliſſimæ indolis Princeps, teſte Brenn. in Thes. num. p. 250. (ss) Patriæ valedicens nil horum numorum reliquit, niſi forte duplos, & ſpurios, vel Paduanos, ut

(ss) Numophylacium CHRISTINÆ, cui originem dedit Pragenſis Collectio, in Sveciam, capta hac urbe a. 1631. a GUSTAVO MAGNO cum rebus aliis pretioſis transmiſſa expilarunt TRICHETUS DU FRESNE, Reginæ Antiquarius, & PIEMENTELLUS, Legatus Hiſpanus. Ille enim non numos tantum rariores, ſed & tabulas pictas excellentiores, facilitate Reginæ abutens, ſurripuiſſe dicitur & in Galliam miſiſſe. Vid. *Leben CHRISTINÆ*, Lipſ. 1705. 8vo. Hic vero nimia, qua apud Reginam gratia pollebat, fraudulenter effecit, ut Pragenſe numophylacium, Svecorum ſangvine acquiſitum, e Svecia & in manus Auſtriacorum rediret. Conſ. CHANUT. Mem. T. 3. p. 365.

ut appellantur, aliosve viliores, h. e. decedente Romano Imperio cuſos. Quas tamen reliquias non contemnendum confeciſſe numiſmatum acervum, ait idem Brennerus. Immo apud Batavos magnam copiam numorum pretioſorum oppignoravit ibi tranſiens Regina, quos admotus imperio CAROLUS XI redemit & cimeliarchio Svetico addidit. Nihilominus tamen theſaurus CHRISTINÆ, emta tota Luckiana collectione, poſt obitum poſſeſſoris & primi numiſmatum interpretis Jo. Jac. Luckii, (*tt*) qui a. 1653. contigit, & Bruxellis ope *Chifletii*, qui magnam ipſi antiquitatis cimeliorum meſſem conquiſivit, (*uu*) atque Romæ tandem inſigniter ditatus, maximi nominis heic erat, a Spanhemio, Vaillantio, Comite Mediobarbo & Havercampio plurimis encomiis celebratus, habitusque præcipuum ſui temporis numophylacium Italiæ. Hujus inſpectionem primus habuit Francisc.

(*tt*) Deſcripſerat hujus partem Luckius ipſe, edita a. 1620. in fol. *Sylloge numiſmatum elegantiorum ab a. 1500 ad a. usque 1600. cuſorum.*

(*uu*) Vid. Vitam CHRISTINÆ citatam.

GOTHOFREDUS, cui ſucceſſit FRANCISC. CAMELUS, & huic tandem oculorum uſu privato, JOH. PET. BELLORIUS. Catalogum quidem dedit CAMELUS ille ſub titulo: *Numi aurei, argentei & æris, primæ, ſecundæ, ſeu mediæ, minimæ & maximæ formæ, Latini, Græci, Conſulum, Auguſtorum, Regum & Urbium, in Theſauro CHRISTINÆ, Reginæ Suecorum, aſſervati, a Franciſco Camelo, ejusdem M:tis Antiquario, per ſeriem redacti. Romæ apud Joh. Franc. de Buagnis a.* 1690. 4to 27. plagulis. Sed hic Auctor aut operi impar fuit, aut illud deproperavit nimium; nam neque deſcriptiones, quæ jejunæ admodum, ſatisfaciunt, neque cura editioni adhibita. Itaque melior & dignior Commentarius mox parabatur, eumque in finem numorum icones a celebri artifice Italo æri incidebantur forma majori. Sed heic labor iſte diu ſubſtitit, donec his annis tabulæ in manus Typographi Leidenſis venirent, qui, doctum & luculentum Sigeb. Havercampii commentarium addendo, ſplendidam editionem adornavit in Fol. a. 1742. Ultimo omnem hunc Theſau-

ſaurum librorum, numorum, picturarum ac ſtatuarum CHRISTINA in vitæ termino conſtituta, teſtamento legavit veteri clienti ſuo, Cardinali DECIO AZOLINO; qui ruſſus decedens eundem reliquit POMPEO AZOLINO, ſuo e Fratre Nepoti, & Reginæ Nobili Aulico. Is autem ad varios hæc omnia diſſipavit. MStorum Bibliothecam modico nimis pretio emit Papa ALEXANDER VIII. Cujus rei monumentum exſtat in numo, qui *congeſtos in cumulum libros* & *bicipitem aquilam*, ALEXANDRI inſigne, repræſentat, cum epigraphe in Schedula: EX REGIIS CHRISTINÆ THESAURIS, & inſcriptione: ADDITO IN VATICANO SAPIENTIÆ PABULO An. 1690. Numum hunc PHIL. BONANNI exhibet in de Numiſm. Pontif. Rom T. II. p. 804. Numophylacium autem & picturarum collectionem, numerata pecunia, ſibi acquiſivit Princeps LIVIUS ODESCALCHUS, (*xx*) a cujus Nepote, ODESCALCHO-ERBA, Duce Bracciano a. 1722. XXII. mille Scu-

(*xx*) Conf. Joh. Dav. Kœleri Delicias Numiſm. a. 1729. in Præf. ubi numophylacium hoc e muſeo Odeſcalcho, ad Cardinalem Ottobonum & hinc in Galliam migraſſe, aſſerit.

torum Romanorum pretio Tabulas iſtas, CCL numero, emit Dux Aurelianenſis. En dictorum fidem ex Mercurio Gallico Menſis Febr. 1722. p. 99. Ubi & alia nonnulla ſingularia, quæ huc ſpectant, legi poſſunt (yy) Gemmarum antiquarum, quas olim habuerat Regina hæc illuſtris

(yy) „ Les Tableaux arrivés de Rome en 1722. „ pour S. A. R. Monſieur le DUC d'ORLEANS, au „ nombre de deux cens cinquante, de toutes gran„ deurs, compoſoient autre fois le fameux Cabinet „ de la Reine CHRISTINE de Svede, morte à Ro„ me en 1689. Cette Princeſſe en avoit diſpoſé „ par Teſtament, en faveur du Cardinal Azzolini, „ des heritiers du quel le feu Prince Don Livio O„ deſcalchi les avoit achetez. C'eſt du Duc de Brac„ ciano Odeſcalchi-Erba Milanois, neveu de ce „ Prince, que S. A. R. les a fait acheter quatre „ vingt dix mille écus Romains.

„ Le Cabinet de la Reine CHRISTINE a toujours „ été en grande reputation parmi les Curieux du „ premier ordre, par le nombre conſiderable des „ Tableaux des plus grands Maîtres, & remarqua„ ble encore par ceux qui avoient appartenu au Roi „ GUSTAVE ADOLPHE ſon Pere.

„ La tradition nous apprend une choſe aſſez ſin„ guliere à l' egard de ceux-cy. On ſçait que „ Sebaſtien Bourdon, excellent Peintre, natif de „ Montpellier, fut appellé à Stockholm, pour don„ ner les deſſeins de la pompe funebre du grand

luſtris, magnam collectionem exhibet editum nuper Muſeum Odeſcalchum.

H 5 §. XXVIII.

„ GUSTAVE, qui ſe fit avec toute la magnificen-
„ ce poſſible. Les Tableaux, dont nous parlons,
„ n'avoient pas vu le jour depuis longtems, ils é-
„ toient même encore embalez; lorsque Bourdon fai-
„ ſant le portrait de la Reine de Svede, cette Prin-
„ ceſſe lui en parla, & lui ordonna de les exami-
„ ner. Il en rendit compte à S. M. & loua ſi fort
„ ceux du Correge, que cette genereuſe Princeſſe,
„ qui n' avoit pas alors le meme goût pour la pein-
„ ture, qu' Elle eut depuis, & qui aimoit à recom-
„ penſer le merite, lui dit: Eh bien, M. Bourdon,
„ je vous les donne; mais Bourdon ſe piquant de
„ generoſité à ſon tour, & ne voulant pas abuſer
„ du peu de connoiſſance de la Reine, il lui fit con-
„ noitre le rare merite de ces Tableaux, & l' aſſu-
„ ra qu'il n'y avoit point de Prince en Europe, qui
„ en eut de ſi beaux ni de ſi precieux. La Reine
„ le vit, & comme Elle avoit un genie ſuperieur
„ & une penetration admirable pour les ſciences &
„ pour les arts, elle prit dès le moment le goût &
„ l' amour qu' elle eut toûjours depuis pour la
„ Peinture.

„ Les Tableaux venoient originairement du Prin-
„ ce de Mantoue, Louis de Gonzage, Duc de Ne-
„ vers. Colalto, General des Troupes Imperiales
„ en Italie, les fit enlever lors du ſac de la Capita-
„ le des Etats de ce Prince en 1630, & les envo-
„ ya à l' Empereur FERDINAND II. qui les gar-
„ doit precieuſement dans le Chateau Royal de Pra-

§. XXVIII.

Quid emolumenti literaria Resp. a codicibus MStis CHRISTINÆ perceperit, quique auctores Græci & Latini hinc pleniores ac emendatiores editi ſint, ſi quis ſcire cupiat, ſaltem ex parte, Syllogen toties nobis citatam adeat, conſulatque imprimis NIC. HEINSII, IS. VOSSII, CL. SALMASII, JO. SCHEFFERI & JO. COLUMBI noſtratis, epiſtolas amœbeas. Exempli loco pauciſſima de-

cer-

„ gue. C'eſt de là que le Roi de Svede GUSTAVE ADOLPHE les fit porter à Stockholm, après „ avoir ſurpris la petite ville de Prague en 1631. „ lorsqu'il faiſoit la guerre aux Allemands.

„ Après avoir abdiqué la Couronne de Svede en „ 1654. & voulant quitter ſes Etats pour ſe retirer „ en Italie, la Reine CHRISTINE y fit transporter „ tous ſes Tableaux; & dans le long ſejour, qu'El„le fit à Rome depuis, Elle en augmenta le nom„bre jusqu' à deux cens cinquante. Cette Princeſſe „ n' epargnoit ni ſoin ni depenſe pour avoir les „ morçeaux les plus exquis. On prétend, qu' El„le fit acheter les meilleurs Tableaux du Cabinet „ du Roi d' Angleterre CHARLES I. lors de la ven„te qui s' en fit à Londres.

Paulo aliter iſta de Bourdono, ſed veritati minus congrue, narrantur in Nova Deſcriptione Pariſienſi Piganolis la Forcii T. II. p. 234.

cerpemus; ORIGENEM, ut antea monuimus, edidit e codice Stockholmenſi PET. DAN. HUETIUS. Addimus nunc particulam ſcriptorum Patris iſtius adhucdum non editam, περὶ εὐχῆς, prodiiſſe Londini a. 1728. ex membrana, quam e CHRISTINÆ Bibliotheca abſtulerat VOSSIUS. VALERIUM FLACCUM, Holmenſi codice, propria POMPONII LÆTI manu exarato, adjutus, edidit Amſtelodami a. 1680. in 12mo NIC. HEINSIUS. Eidem Auctori illuſtrando allaboraverat Vir inſigniter eruditus JOH. COLUMBUS, qui rectiorum lectionum ſpicilegium ex ipſo hoc agello, cum HEINSIO abſente, communicavit. Vide Syll. B.T.V.p.181. PYRRHI LIGORII fragmentum de re vehiculari veterum, quod libro hujus argumenti a ſe elucubrato addidit SCHEFFERUS, ex hac Bibliotheca habuit. Eidem debuit Is. VOSSIUS editum obſervationibus ſuis POMPONIUM MELAM, cujus plures heic codices aderant. Vitam THEODORICI, Veronenſis, brevem ex membrana Bibliothecæ CHRISTINÆ in Vaticano, N:o 315. (cujus apographum huc apportaverat Sparvenſeldius)

Vitæ

Vitæ Theodoricianæ per Cochlæum ſubjunxit J. PERINGSKIÖLDIUS. LIBANII CCC Epiſtolas ineditas in Stockholmenſi armario viderat Jo. HENR. BOECLERUS, teſte ipſo in Hiſt. Eccl. p. 382. Edidit Auctorem iſtum WOLFFIUS, Hamburgenſis, ſed ex Ralambiano, qui Upſaliæ eſt, codice auctum. Idem BOECLERUS memorat Stockholmenſem GE. CODINI, de urbe nova Conſtantinopoleos, codicem, unde GE. DOUSÆ editio Pariſienſis de a. 1596. inſigniter ſuppleri potuiſſet. DE LUCIFERI CALARITANI MSto in Bibliotheca CHRISTINÆ cont. Colomeſium edit. Fabr. p. 703. (*)

At

(*) *Præterire heic noluimus narrationem, an fabulam, Viri Docti Divionenſis, quam ex continuatione libelli* Comitis de Gabalis, *Diſſertationi ſuæ de apparitionibus Angelorum & Dæmonum &c. inſeruit* CALMETUS *C. 20. p. 55. quæ ſi nihil aliud, famam tamen & celebritatem CHRISTINIANÆ Bibliothecæ patefacit.* Un Savant de Dijon, s' etoit fatigué tout le jour ſur un endroit eſſentiel d' un Poëte Grec, ſans y pouvoir rien comprendre. Rebuté & faché de l' inutilité de ſa longue application, il ſe couche, ſon chagrin l'endort; & comme il eſt dans le fort du ſommeil, ſon Genie le transporte en eſprit à Stockholm, l' introduit dans le Palais de la Reine CHRISTINE, le conduit dans ſa Bibliotheque; il

At hiſce omnibus recenſendis nec tem-

ſuit des yeux tous les livres, & les regarde. Etant tombé ſur un petit volume, dont le titre lui paroît nouveau, il l' ouvre, & après avoir feuilleté dix ou douze pages, il y apperçoit dix vers Grecs, dont la lecture leve entierement la difficulté qui l' a ſi long temps occupé; la joye qu'il reſſent à cette decouverte l' eveille, ſon imagination eſt ſi remplie de cette Poëſie Grecque, qu'elle lui revient, & qu'il la repete ſans ceſſe; il ne veut pas l' oublier, & pour cela il bat le fuſil & avec le ſecours de ſa plume, il s' en décharge ſur le papier; après quoi il tache de ratraper ſon ſommeil. Le lendemain à ſon lever, il reflechit ſur ſon avanture nocturne, & la trouvant des plus extraordinaires dans toutes les circonſtances il ſe reſoût de la ſuivre jusqu' au bout. M. Descartes étoit alors en Suede auprès de la Reine, qui aprenoit ſa belle Philoſophie. Il le connoiſſoit de reputation; mais il avoit plus de liaiſon avec M. Chanut, qui y étoit Ambaſſadeur pour la France. C'eſt à lui qu'il s' adreſſa pour faire rendre une de ſes lettres à M. Des cartes, & pour l' engager à lui répondre. Il le ſupplia de lui marquer preciſement ſi la Bibliotheque de la Reine, ſon Palais, & la ville de Stockholme, ſont ſituez de telle maniere, ſi dans une des Tablettes de cette Bibliotheque, & qui eſt dans le fond, il y a un livre de tel volume, de telle couverture, & avec tel titre ſur la tranche: Et enfin, ſi dans ce livre, qu'il le conjure de lire exactement pour l' amour de lui, en cas qu'il s' y trouve, il

tempus, nec charta ſufficeret. Abſit tamen, ut iſtas eruditorum ſuperioris ſeculi curas, improboſque labores, quibus ſcripta melioris notæ antiqua a librariorum mendis, varioque temporis ac ſitus ſqualore repurgata modiſque innumeris lectu nobis plana ac luculenta reddiderunt, ineptos & ſupervacaneos ingrati judicemus. Eorum potius induſtriæ acceptum referendum profiteamur, quod codices MSti jam magis inſtar rariorum antiquitatis monumentorum, quam ad uſum quendam ſingularem, in Bibliothecis conſerventur.

§. XXIX.

Parvæ, poſt abitum CHRISTINÆ

n'y a pas dix vers Grecs tout ſemblables à ceux qu'il a mis au bas de ſa Lettre.

M. Deſcartes qui étoit d' une civilité ſans pareille, ſatisfit bien-tôt notre ſavant, & lui repondit, que le plus habile ingenieur n' auroit pas mieux tiré le plan de Stockholm, qu'il avoit fait dans ſa lettre; que le Palais & la Bibliotheque y étoient parfaitement bien depeints; qu'il avoit trouvé le Livre en queſtion dans la Tablette déſignée; qu'il y avoit lû les vers Grecs mentionnez; que ce livre étoît très rare, mais comme il en avoit neanmoins, trouvé un exemplaire, il lui en faiſoit preſent. Cette hiſtoire eſt publique, & il y a peu de Gens de Lettres qui l' ayent ignorée.

NÆ, librorum reliquiæ progreſſu perquam rapido accreſcebant ſub CAROLO GUSTAVO. Fuiſſe enim illum Dynaſtarum Sveciæ literatiſſimum, evincunt monumenta hiſtoricorum, quotquot ejus vitam & geſta laudis & gloriæ plena deſcripſerunt. Numerent alii martias lauros Regis invicti, ſi poſſint, nos literaria decora ſuſpicimus. Meminiſſe inter alia jucundum eſt hodœporici, propria Principis manu ſcripti, & in Bibliotheca hac publica aſſervati, quo peregrinationis ſuæ apud exteros anno 1638. inſtitutæ rationem reddidit ſtylo Latino. Sed mancum eſt illud noſtrum exemplar; plenius apud alios haberi comperimus. In Germanicam lingvam, juſſu gl. m. Reginæ UDALRICÆ ELEONORÆ II. transtulit FRIDERICUS GUTERMUTHIUS, obſervante van der Hardtio in Holm. lit. p. 94. Editum autem hoc idiomate, perperam aſſerit Pareus in Hiſt. Palat. Pariſiis CAROLUS GUSTAVUS vertente a. 1638. ſe tradidit Academiæ celebris Benjamini, conſilium ſequutus illuſtris LUDOVICI AUBERII de MAURIER. Ex qua palæſtra plu-

plurimi regio ſangvine orti Principes Galliæ exierunt. Audiamus ipſum teſtem oculatum Maurerium in Memoriis nuper editis: *Mr. Benjamin donna à CHARLES GUSTAVE le plus bel apartement de l' hôtel d' O; & pendant le ſejour que ce Prince fit dans cette Academie, il fit paroitre tant de Sageſſe & de conduite, qu' on le propoſoit pour modele à tous les autres Seigneurs & gentil-hommes, ſur tout à Meſſ:s d' Elbœuf & d' Aumalle, qui faiſoient avec lui leurs exercices: & à ce ſujet Mr. Benjamin m'a ſouvent aſſuré, que de tous les jeunes Seigneurs qu'il avoit élevés, il n' avoit jamais reconnu tant de ſemences de vertu, que dans le jeune Prince CHARLES GUSTAVE. A ſon depart je lui donnai pluſieurs livres curieux; Entre autres il y avoit un Philippe de Comines in fol., & un Vaſcoſan; Lui me laiſſa pour marque de ſon ſouvenir, un Atlas en pluſieurs Volumes, & à la tête du premier volume il a mis ces paroles de ſa main:* CAROLUS GUSTAVUS, Comes Palatinus Rheni, propter ſingularem in me affectum Nobiliſſimi & Generoſiſſ. Dni LUDOVICI AUBERII du MAURIER, librum hunc in mei memoriam, & pro continuanda

Soli-

ſoliti affectus promtitudine, abiturus reliqui Lutetiæ 24. Apr. 1639. *J' entretins depuis ſon depart commerce de lettres auec ce Prince &c.*

Non multo poſt traditum ſibi ſceptrum tempore, Rex CAROLUS X. CHRISTIANUM RAVIUM, Berlinatem, OO. LL. Profeſſorem Upſalenſem, ad Bibliothecæ Stockholmenſis præfecturam vocavit. Vir ille a peregrinatione per Græciam & Orientem, atque lingvarum iſtarum notitia clarus, has etiam Amſtelodami, Ultrajecti & Oxoniæ profeſſus fuerat, antequam Sveciam adiret. Scholæ itaque videbantur magis proficua, quam Bibliothecæ, ejus ſtudia; eamque ob cauſſam a. 1659. d. 3. Junii ad priſtinæ profeſſionis Upſalenſis exercitium mittebatur. Verba regia in diplomate ajunt: *mutationem hanc ideo factam, tum quia R:æ M:ti, ob ingruentis belli labores, non integrum foret Bibliothecæ ſuæ curam gerere, tum quia Ravius, ob orientalem literaturam, utilius Academiæ ſubjectum judicabatur.* Concludere hinc licet, nullum Ravio datum fuiſſe in Bibliothecariatu ſucceſſorem. Singulariſſimum iſtius Viri

ri ingenium monſtroſæ ejus, circa chronologiam ſacram, ſpeciatim de vita Chriſti, Salvatoris noſtri, terrena, opiniones produnt, quas divinitus ac immediate ſibi per verbum & ſacramenta inſpiratas credidit & coram protocollo Facultatis Th. Upſal. declaravit. Iſthoc ejus certamen cum nonnullis ex Profeſſorum ordine in cauſſa fuit, ut æger animi Sveciam ocius relinqueret Ravius. Kilonii deinde, ubi vexatam heic diu *Chronologiam veram & infallibilem* edidit a. 1670. ac tandem Francofurti ad Viad. lingvas docuit Orientis ad annum, quo obiit, 1677. Vitam uberius enarrat MOLLERUS in Cimbr. Lit.

§. XXX.

Expeditiones CAROLI militares, quibus famulantem ſibi fortunam continuo expertus eſt, Illi quidem parum otii reliquiſſe videntur ſupplendæ Bibliothecæ, at ipſa tamen victricia Illius arma his incrementis, eodem quo ſub GUSTAVO MAGNO, ſucceſſu viam aperuerunt. In Polonia, ubi primus victoriarum campus patuit, non argento ſolum,

&

& generis omnis pretioſa ſupellectili, ſed etiam magna librorum & MStorum copia belli expenſa ſolvebant opulenta monaſteria. Unde ſupereſt nobis in hunc diem Polonicæ literaturæ, typis editæ, vel ſcriptæ, meſſis largior; ſed quæ antiquis poſſeſſoribus, quam novis opimior utiliorque foret. Dividebantur literaria ſpolia, quæ flammis eripi potuerant, inter Bibliothecas Regiam & Upſalienſem. Sic Poſnanienſes binæ, Jeſuitarum altera, altera Patrum Bernhardinorum, pariterque Vilnenſis in direptione iſtius urbis capta, utramque Svedicam auxerunt. Cracovienſis etiam regia, cui tum nuper præfuerat GREGORIUS BORASTUS, Svecus, Vir eruditus, in militum noſtrorum manus pervenerat; ſed reddebatur tota, vi pacis Olivenſis, cujus articulo IX. ſancitum erat, ut *reſtituerentur a parte Svecorum omnia archiva, acta publica, caſtrenſia, juridica, eccleſiaſtica, nec non Bibliotheca Regis, quæ ex Regno Poloniæ & magno Ducatu Lituaniæ avecta, & quorum copia haberi potuit, idque intra tempus transmutationis ratificationum, vel ad ſummum intra tres menſes a facta commutatione.*

Et in Dania deinde, Rege ubique triumphante, *integram & nitidiſſimam Bibliothecam Stephanianam a. 1659. Sora in Sveciam advectam eſſe*, teſtatur Reverendiſſ. Er. Benzelius, Proleg. ad Mon. Eccl. p. XXII. Ditiſſima hæc erat monumentorum hiſtoriæ ſeptentrionalis antiquæ. Et multa hinc in Bibliothecam Regiam devoluta, prout fidem faciunt libri huc usque ſuperſtites, qui Stephani Jo. Stephanii nomen fronti adſcriptum oſtendunt. Integram quidem anno jam dicto in Sveciam migraſſe Stephanianam Bibliothecam, ait Rev. Benzelius. At dudum ſub CHRISTINA de coëmenda hac Bibliotheca bis mille Imperialium pretio transactum erat literis d. 6. Apr. a. 1651. ut ex indicibus Archivi R. didici. Immo ipſi Dani, de modico a Svecis pro iſtis theſauris ſoluto ære, queruntur indignabundi. Audiamus Tho. Brod. Bircherodium in Epiſtola de deperditis Monumentis Gotho Cimbricis, apud Weſtphal. (Monum. Pad. & Megap. T. III. p. 700) *Quantum*, inquit, *Antiquitatis Cimbricæ Theſaurum non ex Stephaniano ſibi, ſoluto modico pretio, redeme-*

emerunt Sveci, ridentes inſuper tam ſordidam noſtrorum parcimoniam, tanquam neceſſitates ſuas non intelligentium. De Sorenſi itaque Academica Bibliotheca, quam jure armorum occupatam, in Sveciam transmiſerat CAROLUS GUSTAVUS, locus iſte in Prolegomenis Benzelianis intelligendus eſſe videtur. Nonnulli tamen codices MSti ex Stephanianis reliquiis Illuſtr. Comiti MAGNO GAB. DELAGARDIO, inter literarum Mæcenates ſui temporis principi, qui hæredibus Stephanii pretium pro his ſolverat, ceſſerunt, quod ab Arna Magnæo auditum, in itinerario MSto annotavit C. Pater meus. Illi omnes ex teſtato munificentiſſimi Herois Bibliothecam publicam Upſalenſem nunc ornant: atque in primis Syntagma Chronicorum Stephanianum, a BENZELIO l. c. deſcriptum, quod Stockholmiæ ſervari, errore facili, perhibet Daniæ decus, dum vixit, Nob. GRAMMIUS in Præf. ad Kragii hiſt. FRID. III. Monendum heic duximus in gratiam Danorum, verſionem Saxonis Danicam, ab Editore iſtius Hiſtorici primo, CHRISTIERNO PETRI, factam, quam Stephanius

nius ſplendidam, magnificam & accuratam appellat, Grammius autem in citata Præf. nuſpiam ait ſupereſſe, niſi in collectionibus Stephanii, quæ in Sveciam aſportata ſunt, apud nos tamen, neque in Stockholmenſi, neque in Upſalenſi Bibliotheca inveniri. Epitomatorem Saxonis anonymum, aliusque Anonymi veteris appendicem ad eundem in collectionibus Stephanianis, jam Upſalenſibus, ſervari, dudum in Monumentis ſuis Eccl. intimavit Rev. A. Ep. b. Er. Benzelius, qui & appendicem iſtis inſeruit integrum.

De Delagardio, quanquam non ſit hujus loci obſervatio, addo tamen lubens, quia ignorari multis noſtratium credo: Mezeræum, Celebrem Hiſtoricum Gallum, ob ſcribendi libertatem, gratia Regis ſui & ſalario excluſum, annuo ſtipendio a noſtro Cancellario ſublevatum fuiſſe. Confirmat hoc Auctor vitæ Mezeræi Gallice editæ Amſt. 1726. 8vo p. 39. qui ſimul fatetur, *ſe ex Epiſtola quadam, in Regia Pariſienſi Bibliotheca inventa, quam Mezeræus ad Petrum Chanutum, Galliarum Regis Legatum, a.* 1641. *ſcripſe-*

ſcripſerit, & qua gratias ei egerit, quod curare gravatus non ſit, ut a Svecorum iſto Mæcenate ſtipendium aſſequeretur, gloriæ, quam Mezeræus & in ſeptentrionalibus acquiſiverit, epocham quaſi didiciſſe. Exemplum Colbertis opponendum. Nam ſimile munificentiæ documentum de Heroë ſuo narrat Auvignius in Memoriis illuſtrium Gallorum T. V. p. 377. vita COLBERTI: *L' ami particulier d' un confident de Mr. Colbert, m'a aſſuré comme un fait certain, qu'un ſavant Svedois ayant donné au public un ouvrage qui fit du bruit en France, M. Colbert s'informa de ſon nom; & l' ayant appris, ce Miniſtre obtint pour lui une penſion de mille écus. Le Roi fit donner ordre en même tems à ſon Ambaſſadeur en Suede, da vertir le ſavant de la penſion que ſa M:tè lui accordoit à la priere de M. Colbert. L' Ambaſſadeur le chercha d' abord à Stockholm, on n'y connoiſſoit pas ſon nom. Cependant les ordres du Roi étant précis là deſſus, l' Ambaſſadeur continua ſa recherche; & trouva en fin ce ſavant dans une petite ville de Suede, presqu' ignoré de ſes concitoyens. Il étoit mal accommodé des biens de la fortune, & il ne s' attendoit guerre qu'elle accourut pour*

le favoriſer d' un climat auſſi eloigné du ſien. On lui vint annoncer un Gentilhomme de la part de l' Ambaſſadeur de France; & celui-ci ne ſe fit connoître qu'en lui remettant la moitié de ſa penſion echüe pendant le tems qu'on s' étoit occupé à le chercher. Vereor autem, ne magnificentius iſta, quam verius, narrentur. Alias enim qui fieri potuit, ut iſtud factum & hominem ipſum perfecte adeo ignoremus ipſi Sveci. Sed e diverticulo.

§. XXXI.

Tota Wennegarnenſis DELAGARDII Bibliotheca, ſplendida ſatis & locuples, magnæ Reductioni, quæ ſub CAROLO XI. ſubſequuta eſt, obnoxia reddebatur, exceptis ad antiquitates patrias pertinentibus libris & MStis, quæ vel Bibliothecæ Upſalenſi, uti antea dictum, vel Collegio antiquitatum Regio (zz) donata

(zz) *In Delagardii librorum apparatu*, inquit Dal. in ſpec. Biogr. Vit. HAD. *libertas Hadorphio data erat, eos ſeorſim ponere codices, qui lumen antiquitatibus promittere viderentur; illosque Celſiſſ. Comes Academiæ Upſalenſi & Collegio Antiquitatum in perpetuum legare dignatus eſt annis 1669 & 1670. Hadorphius tantum Theſaurum ab omnibus cognoſci*

nata erant. Superſunt Stockholmenſi Bibliothecæ Reductionis iſtius monumenta, libri Delagardiano nomine notati non pauci. Wennegarnenſem Bibliothecam, regio fiſco vindicatam, Upſalenſi dicaſſe CAROLUM XI, ejus tradit armarii hiſtoria; quod itaque de librorum iſtorum parte aliqua dictum putes.

Cum Sorenſi Bibliotheca plurima Jo. MEURSII, Viri Celeberrimi, ἀνέκδοτα & affecta, talia nimirum, quæ ipſe in Athenis Batavis p. 197. edenda promittit, Stockholmiam fuiſſe translata, ait MOLLERUS in Hypom. ad Barth. de ſcriptis Dan. p. 289. Id etiam de Sefeldiana alii perhibent. Certiſſimum eſt, ingentem Meurſianorum cumulum nobis e Dania veniſſe.

Inter Sorenſes codices, jam noſtros,

& publice proponi debere exiſtimans, donationis apographum, adjectis notis & uberiori titulorum explicatione, typis vulgavit Stockh. 1672. Donatio primaria de a. 1679. in Bibliotheca Academia Upſalenſis ſervatur; ſed auctarium muneris de a. 1670. inter antiquitatum Archivi libros Stockholmiæ habetur, ut etiam pretioſiſſimi libri Delagardiani alii, quos poſt Mæcenatis deceſſum a. 1686. Antiquitatum Collegio Hadorphius impetravit.

ſtros, eſt Roberti, S. Remigii Remenſis Abbatis, Hiſtoria Hieroſolymitana, ſ. de bello ſacro Libri X. quos editioni accommodavit And. Sev. Velleius. Robertus ille, cruce ſignatus, præſens adfuit a. 1099. cum Hieroſolyma expugnaretur. Unde illi, quam Wilhelmo Tyrio, non minor fides eſt & auctoritas in hac hiſtoria. Edita primum Baſileæ per typographum Henr Petri a. 1533. ſed corruptiſſime, teſte Oudino de Script. Eccl. T. II. p. 863. Deinde inter ſcriptores rerum Germ. quos collegit Justus Ruberus, ediditque Francof. a. 1584. fol. eo ipſo anno, quo Velleius ſuam editionem meditatus eſt, quæ fortaſſis hanc ob cauſſam non ſucceſſit. Demum ſtudio Jac. Bongarsii in Collectione geſtorum Dei per Francos 1:o priori, Hanoviæ 1611. fol. In editionibus Baſileenſi & Francofurtana ſunt Libri VIII tantum, in Hanoviana autem IX. Hoc inde provenit, quod liber ſeptimus in illis, editionis Hanovianæ & noſtri codicis ſeptimum & octavum conſtituat. Conf. Oudin. l. c. Noſter hic codex, finito libro IX, quædam addit

de

de ſitu ſanctæ civitatis Hieruſalem, & hinc integrum X. librum Hiſtoriæ Hieroſolymitanæ, ceteris prolixiorem. Oudinus autem, qui hunc uspiam extare, ignoravit, & tamen apud Trithemium legerat, fuiſſe hujus hiſtoriæ libros X. ſuſpicatus eſt, incidiſſe illum in exemplar, ubi & alius liber biſſectus fuiſſet, quemadmodum in quodam MSto codice hujus Hiſtoriæ ſe olim obſervaſſe teſtatur. Subjungitur Xmo libro Tractatiuncula *de nominibus locorum ſanctorum & de ſitu eorum*, tum & *Cathlogus Epiſcoporum Hieroſolymitanorum*; quocum tota Hiſtoria Hieroſolymitana explicit. Adduntur ad calcem codicis & alia minoris momenti, quæ monachales fabulas ſapiunt; utpote: *De Origine Pilati & actibus ejus. Relatio Nichodemi de paſſione & reſurrectione Dni Nri JEſu Chriſti, & de his, qui cum eo reſurrexerunt, & quibus apparuerunt.* Velleius codicem hunc repertum in Bibliotheca Mæcenatis ſui Illuſtriſſimi Johannis Frisii, edere, ut jam diximus, conſtituerat. Epiſtolam ejus dedicatoriam Erico, nobili juveni Dano eleganter ſcriptam, una cum ſupplementis codicis noſtri,

ſtri, oportuniore tempore fortaſſis edemus.

§. XXXII.

Ringſtedenſem Bibliothecam Viri Senatorii & Præfecti Ringſtedenſis, Literatiſſimi GEORGII SEEFELDII, a Corniſ. Ulfeldio occupatam, ſed cujus parte potiore Stockholmenſis poſtea ditata fuit, deſcribit Tycho Hofmannus in laudatis antea memoriis, vitæ ULFELDII p. 67. Bibliotheca iſta, quam SEEFELDIUS collegerat, & numero celebris erat & dives MStorum. Voluminum numerabantur heic XXVI. millia, & in his 204. variæ Bibliorum editiones, & librorum aliorum eximiæ raritatis magna copia. GUNDLINGIUS in hiſt. ſtat. huic Bibliothecæ pretium 200000 imperialium, ſed juſto longe majus, conſtituit, ipſis fatentibus Danis. Addit HOFMANNUS: *On peut aiſement croire, qu'elle étoit precieuſe, car il s'y trouvoit pour* 1200 *écus de parchemin pour relier des livres, & autres materiaux, dont les Svedois firent enſuite des cartouches au ſiege de Coppenhague.* SEEFELDIUS itaque & ejus Bibliotheca tanti

erant

erant apud eruditos nominis, ut pauci horum, qui per Daniam ad CHRISTINAM, Sveciæ Reginam, frequentes itarent, hanc reliquerint inſalutatam, cujus ideo, æque ac illuſtris poſſeſſoris, in ſcriptis SALMASII, N. HEINSII, Is. VOSSII, aliorumque, honorifica fit mentio. Fuit in illa JOACH. BURSERI, Profeſſoris Sorani, Herbarium vivum, Voluminum ſupra XXX. quod a b. D. PETRO MARTINO, noſtrate, in Actis Lit. Sv. deſcriptum, jam ſervant Upſalenſes. (*) Addamus porro ex HOFMANNO: *Le Senateur Seeſeld poſſedoit auſſi les Manuſcrits de l' ecrivain infatigable, Meurſius, qui paſſerent, à l' occaſion de cette guerre, dans la Bibliotheque de Stockholm, jusqu' à ce que le Bibliothecaire Gripenheim* (GRIPENHIELM dicere debuit) *les communica an* 1670. *à Heinſius, qui les fit envoyer à Mr. Grævius, qui les fit imprimer.* (De Meurſianis amplior differendi locus infra patebit) *il avoit auſſi une grande collection Genealogique, & d' Armoiries de la Nobleſſe Danoi-*

(*) Mollerus Hypomn. ad Barth. p. 259. ill. Petrum Jul. Coyetum Burſeriani operis, poſt Seefeldium, venditat Poſſeſſorem.

Danoiſe; mais cet ouvrage eſt tellement diſpercé, qu'on n'en trouve aujourd'hui que quelques Volumes dans la Bibliotheque de la Baronne Krag, & dans celle de Mr Thott. (Forte hujus ſuit collectionis Volumen MStum genealogicum illuſtrium familiarum Danicarum, quod in Bibliotheca Lundenſi vidi, vel illud, cujus meminit Pontoppidanus in de geſtis Danorum T. I. p. 57.) *Il poſſedoit auſſi onze Volumes MScrits de Theologie, ecrits par le ſcavant Holger Roſencrantz, dont on voit encore quatre dans la Bibliotheque d'Upſal.* In Stockholmenſi Bibliotheca iſta ROSENCRANTZII volumina, flammis erepta, conſervantur.

Rex CAROLUS GUSTAVUS, Ringſtedium Victor ingreſſus, Cornificio Ulfeldio, Senatori Dano, profugæ, ſed Svecis tunc amico, & Regi in iſta expeditione a ſecretis miniſteriis, Bibliothecam Seefeldianam conceſſit. Multa autem hujus theſauri novus iſte poſſeſſor per varia Selandiæ prædia diſperſit; unde rurſus ita HOFMANNUS: *Quoique Ulfeld ſcût, que Seefeld avoit employé tout ſon bien à cette Bibliotheque, il la fit demembrer*

brer par une meſintelligence qu'il y avoit eû autrefois entre eux. Il en fit transporter une grande partie par ſon fils Chriſtian ſur des traineaux à la ſeigneurie de Bavelſe. Seefeld qui s' étoit retiré à Copenhague, ecrivit à Gersdorf, qui negocioit alors la paix chez le Roy de Svede à Roſkild, pour perſuader le Roy de defendre à Ulſeld de diſperſer ſa Bibliotheque. Sa Mté envoya ſur le champ un officier avec ſix hommes à cheval pour empecher Ulfeld d' en emporter plus de livres; mais on en avoit deja diſperſé la plus grande partie dans les greniers de la dite Seigneurie; une autre partie fut transportée au château de Neſtved, & à cette occaſion pluſieurs volumes de differens ouvrages furent ſeparés & perdus. Ulfeld en envoya quelques uns à Malmœ, & une partie fut envoyée à Upſal & á Stockholm. Bibliothecam Malmogiam transmiſſam ad aliqua tantum volumina redigit heic perperam Auctor noſter. Ante autem quam huc deveheretur, eam ex conſilio Terlonii, cui 50000. Imperialium pretio venit in editis memoriis p. 105. 106. priſtino poſſeſſori reſtituere voluerat Ulfeldius, ſurrogato ſibi modico argento, VI mille imperialium. Glorioſi-

rioſius autem reſpondit Seefeldius: *Nolle ſe redimere, etiamſi pluris adhuc fieret, quod tanto ſtudio collegerat.* Forte non potuit, qui, teſte Hofmanno, omnes facultates coëmendis libris attriverat.

§. XXXIII.

Poſt fata CAROLI X. Ulfeldium Svecis ſuſpectum reddiderunt machinationes Legati Danici, qui & altero dolo eundem Malmogiæ captum, & commiſſoriali judicio ſubjectum, aggreſſus, vano imminentis pœnæ terrore eo adegit, ut aggratiationem, quæ brevi ſequutura fuiſſet, ſubita in Daniam fuga anteverteret. Itaque remanens Malmogiæ aliquamdiu Seefeldiana Bibliotheca fiſco Svedico tandem adjudicatur & Stockholmenſi Regiæ adjungitur. Ita Nic. Heinsii literæ ad Schefferum Holmia d. 20. Apr. 1662. datæ (Burm. Coll. T. V. p. 40.) *Ex Dania allatam nuper Sefeldianam Bibliothecam narro, cui locus in arce Regia datus. Multa illic Meurſiana vidi ἀνέκδοτα, aut editis auctiora.* Ceterum actionem ideo intentatam Ulfeldio a Svecis, perhibet Holbergi-

us,

us, Hiſt. Dan. T. II. p. 557. Scriptor alioqui nec ingenio, nec judicio, deſtitutus, ut divitias Comitis illius permagnas, ac Bibliothecam, ſibi appropriarent: quæ obtrectatio vana eſt, culpâ ipſos Danos, ut teſtatur TERLONIUS in Memoriis, manifeſte redarguente. Quin & alia his temporibus in Dania armis Sveticis acquiſita Bibliotheca (fortaſſis pars Sefeldianæ) a CAROLO GUSTAVO donata perhibetur Aulæ Cancellarii noſtratis COJETI Patri. Illa autem, mortuo hoc Poſſeſſore, Menſæ argentariæ Ordinum Regni vindicata, & poſtquam eam recenſuerunt Viri illuſtres OL. HERMELINUS & JOH. LILJEBLADIUS, adjuti opera Cariſſ. Patris mei, tunc ab exteris nuper reducis, annis 1700 & 1701. Stockholmiæ Upſaliæque ſub haſta vendita eſt. Fuit Illuſtrium COJETIORUM acer & hæreditarius quaſi in literas amor. Nam laudatus ille Aulæ Cancellarius ſibi in prædio Scanenſi Bibliothecam comparaverat pretii VI. mille Imperialium, quæ Danis deinde Scaniam invadentibus præda ceſſit. Ejus etiam Filius, Chiliarcha, noſtris temporibus rariorum

librorum notitia inclaruit, & horum eximiam Bibliothecam colligit, jam poſt fata ejus itidem diſperſam.

§. XXXIV.

Interim EDMUNDUS FIGRELIUS, Profeſſor Hiſtor. Upſalenſis, in aulam a. 1657. evocatus, & poſt breve intervallum nobili GRIPENHIELMII nomine auctus, Regi CAROLO GUSTAVO a miniſteriis Cancellariæ erat. Vir quidem ab eruditione clariſſimus, cujus monimentum reliquit, librum a. 1656. Stockholmiæ editum, magni apud exteros pretii, *de ſtatuis illuſtrium Romanorum*; ſed fide tamen ac dexteritate in rebus agendis illuſtrior, has virtutes binis CAROLIS Regibus ita probavit, ut ab Illo ſanctiorum conſiliorum particeps primum, Præceptor deinde Filii unici, Principis hæreditarii, conſtitueretur. Huic vero dignus tandem haberetur, qui Senatoriam purpuram indueret. Natus erat GRIPENHIELMIUS a. 1622. Schedviæ, oppido W. Gothiæ, Patre ibidem Scholarum Rectore, tandem Paſtore Rappſtadenſi Oſtro-Gothiæ. Upſaliam venit a. 1640.

Re-

Rectore illuſtri M. G. Delagardio.
Heic luſtrum commoratus, nactus inte-
im diſcipulum Gustavum Caroli Ba-
ierium, illi per exteras regiones, Bel-
gium, Germaniam, Italiam, Galliam,
n quinqvenni itinere comes fuit. Redux,
nno ætatis XXVIII non completo,
Profeſſor conſtituitur Hiſtoriarum Upſa-
enſis; quo functus munere ad an. quem
lixi, 1657. cum juvenum, præſertim No-
bilium, emolumento inſigni, hinc ad
umma Reip. munia æquis paſſibus aſcen-
lit. Quin Romanorum etiam numiſma-
um peritiſſimus, & hoc nomine exteris,
it Carolo Patino, aliisque Viris do-
ctiſſimis, notus atque in eorum ſcriptis
audatus Gripenhielmius, pulcherri-
nam horum ſeriem collegerat, cujus vi-
li amplum Catalogum. At cimeliarchi-
um illud, poſt Noſtri obitum, in manus
levenit illuſtriſſ. Comitis, Senat. & The-
aurarii R. Cl. Flemmingii, magno u-
ique Filii dolore, Nicolai Gripen-
hielmii, qui has etiam delicias amavit,
ob peritiam rei numariæ Svecanæ lauda-
us Brennero in append. ad Thes. num.
3, p. 252. Obiit Gripenhielmius, pa-

ter, ætate adhuc viridi a. 1675. Cujus vitam ex ipſius autographo alias forte dabimus. Bibliothecæ Regiæ inſpectionem habuit ab an. 1659. quo Ravius eam reliquit; neque tamen Bibliothecarius unquam audiit, prout exteris nonnullis appellatur.

§. XXXV.

CAROLO XI. minorenni, Regni Tutores hoc magis ſollicitam Bibliothecæ curam geſſerunt, quo Regi juveni, omnigena ſcientia, ad normam ampliſſimæ inſtructionis, imbuendo, utilior eſſe poſſet. Augebatur illa a. 1661. mille voluminibus librorum Sveticorum, quos multo tempore & magno ſtudio collegerat Rev. Dn. Olaus Sparmannus, V. D. ad Equeſtris inſulæ Stockholmenſis Eccleſiam tunc Miniſter, patriæ literaturæ indagator ſcientiſſimus. Ille Vir laudatiſſ., ne ſuus Theſaurus tandem diſpergeretur, Regiæ Bibliothecæ totum dicavit, & hoc utique facto nominis perpetuitatem meruit. Quanquam enim potior pars hujus collectionis vel flammis feralibus, quæ palatii Regii decus a. 1697.

depo-

depopulatæ ſunt, pabulum præbuerit, vel alias viciſſitudines paſſa, nunc non ſuperſit, remanet tamen, cum reliquiis librorum iſtorum exilibus, Catalogus, munificentiæ SPARMANNIANÆ monumentum. Inclaruerunt jam noſtro tempore hujus literaturæ, hiſtoriam patriam maxime illuſtrante, Bibliothecæ ampliſſimæ: Regia utriusque Archivi, PALMSKÖLDIANA, quæ Upſaliæ ſervatur, MStorum ditiſſima, Fulleröenſis CRONSTEDTIANA, Salſtadenſis BIELKIANA, Chriſtinæholmenſis WARMHOLTZIANA, Stockholmenſes EHRENPREUSIANA, RÅLAMBIANA, STIERNMANNIA, & quæ nuper ſub haſta vendita eſt, STRÖMIANA.

§. XXXVI.

Anno 1661. quem diximus, d. 11. Dec. EDM. GRIPENHIELMIUS Regio diplomate conſtitutus eſt Inſpector Bibliothecæ Regiæ, &, loco ſalarii, conceſſum ipſi, duplos omnes ſibi excerpere, brabeum amatore literarum digniſſimum. Itaque camœnæ noſtræ, quæ nivibus & pluviis pervium, in arce licet Regia, domicilium huc usque habuerant, provida GRI-

PENHIELMII cura lautius & decentius habitare cœperunt. Ea de re literæ Regiæ hoc anno in hunc ſenſum datæ leguntur in Palmſkiöldianis: *Viſum S:æ R:æ M:ti conclave aliquod in Regia Stockholmenſi arce Bibliothecæ adaptare, ubi libri, qui jam adforent, vel olim acquirerentur, commode ſervari & in ordinem redigi poſſent. Cui uſui aptiſſimus tunc habebatur Porticus Sacello Regio imminens, quem viridem appellare ſolebant* (den gröna gången). *Hinc pecuniam januis, quadris, feneſtris earumque operimentis vel reparandis, vel de novo fabrefaciendis, neceſſariam adſignari juſſit S:a R:a M:tas, ne libri, qui nivi & pluviæ expoſiti, detrimentum jam tum cœperant, ulteriorem tempeſtatum injuriam paterentur.*

Haud mihi certo conſtat, an circa hoc tempus ſeriei Bibliothecariorum innecti debeat PETRUS WIDECHINDI, Frater Celeberrimi Hiſtoriographi noſtratis, JOHANNIS WIDECHINDI. Id ſaltem indubium eſt, illum in adverſariis RABENIANIS Bibliothecarii Regii axiomate appellari. En ex iſtis Schedis Schematiſmum mihi olim a Cenſore Regio,

gio, Nobiliſſ. GUSTAVO BENZELSTIERNA traditum:

WIDICH. LAURENTII, Paſtor in Bro. † 1642. Ux. SARA OLAVI de RÅTTWIK.

M. Laurent. Widechindi Poëſ. Lect. Aroſ. ux. Maria Blackſtadia.	M. Joh. Widechindi Hiſtoriogr. R. † improlis Stockh. 1678. ux. Anna Andreæ.	Petrus Widechindi, Bibliothecar. Regius. † cœlebs

Magis incongrua eſt interpolatio DAVIDIS HANISII, Germani, quem JOH. BURCKHARDUS in Hiſt. Bibl. Wolffenb. P. 1. p. 249. ait, ex Electoris Brandeburgici, ac Daniæ Regis ſupremo Eccleſiaſte Caſtrenſi, factum a. 1665. Svecorum Regis Concionatorem aulicum, diverſarumque Holmenſium Bibliothecarum Inſpectorem. Retractat enim iſta Auctor in P. III. libri citati p. 288. docetque ex diplomate Excellentiſſ. Comitis M. G. DELAGARDII, illo anno data, Haniſium ejus fuiſſe Concionatorem & Bibliothecarium, cum 300 Imper. ſalario. Iſte Vir anno ſequenti Holmia Wolffenbutelum accerſitus eſt, ut Auguſtæ Bibliothecæ præeſſet.

An. 1666. d. 16. Maji JOHANNES

PONTINUS conſtituitur Bibliothecarius Regius. In diplomate jubetur ſubeſſe inſpectioni CHRISTOPHORI HORNII, Senatoris R. & Gubernatoris Principis juvenis. Neque tamen iſta cura ſolutus fuit GRIPENHIELMIUS, jam Conſiliarii Status (*Hofråd af Staten*) munere auctus. PONTINUS Sartoris Calmarienſis filius erat, & Frater Epiſcopi Lincopenſis JACOBI PONTINI. Vir a literarum cultu & peregrinationibus aliquam nominis celebritatem nactus. Specimen, quod edidit Academicum Upſ. a. 1650. *adumbrans trium magnorum corporum, ſolis, terræ, & lunæ intervalla ac magnitudines*, Uranies alumnum ſapit. Addit SCHEF. in S. L. p. 231. alterum literarium conatum, orationem funebrem in obitum HENRICI AUSII, Græc. L. Prof. Upſ. editam ib. e. a. fol.

Anno autem 1670. Commiſſarius factus ad menſam pecuniariam Ordinum R. Succeſſorem in Bibliothecariatum habuit JOHANNEM FALCK, de quo vix mihi aliud comperire datum fuit, quam quod Botanicæ ſtudioſior, quam Bibliothecæ audierit.

Inci-

Inciderunt nunc turbida a bello Danico & Brandeburgico tempora; & quanquam lauri ac tropæorum nobis non ſteriles fuerint Scanici campi, Rege Carolo de Danis ter triumphante, dimicabatur tamen in patrio ſolo, & pro aris quaſi ac focis, quare literariis ſpoliis, ut antea, fœtæ non fuerunt iſtæ expeditiones.

Anno 1675. vertente ad plures abiit Senator R. ill. Baro Edm. Gripenhielmius, in cujus locum, quod Bibliothecam Regiam ſpectabat, mox d. 4. Jan. ut Director, ſuffectus eſt filiorum ejus natu maximus, nec degener, Nicolaus Gripenhielmius, tunc Conſiliarius aulicus. Diploma Regium hæc inter alia multa Gripenhielmiano nomini honorifica habet: *Conſidimus clementer, ipſum non minorem curam ac diligentiam adhibiturum Bibliothecæ noſtræ augendæ, quam b. Pater ejus ipſi inſtruendæ locaverat.* Idem denique filio concedebatur laboris præmium, libri dupli. Vixit deinde Satrapa Falunenſis in annum 1706, literarum amore, quaſi relicta ſibi a patre hæreditate, clarus. Devoluta interim ad Re-

gem Gripenhielmii, Patris, ampliſſima Bibliotheca Regio dono Lundenſibus Muſis dicatur, & a. 1684. auſpice Cancellario, Illuſtriſſ. Comite Flemingio, traditur ablegatis ob hoc negotium Stockholmiam Viris inclytis, Hultio, Bibliothecario, ac Jonæ Linnerio, tunc Profeſſori Lundenſi, deinde Epiſcopo. Vid. Linnerii vita poſt concionem funebrem.

Circa annum 1687. adjungebatur Falkio Mag. Joh. Jac. Jachesius, Colbergenſis, qui a. 1678. factus Wittebergæ Adjunctus, non multo poſt a Scholæ Germanicæ Holmenſis Antiſtitibus vocatus eſt ad hujus Rectoratum. Ventilavit interea apud Wittebergenſes tres Diſſertationes ſuo ſub præſidio, quarum primam omiſit von der Hardtius in Holmia lit. p. 62. Opponit Auctor iſto ſpecimine *GUSTAVUM MAGNUM, Eccleſiæ veræ Defenſorem incomparabilem, Diocletiano, Eccleſiæ Chriſti hoſti acerrimo*, Reſpondente Andrea Waranay, Hung. d. 21. Dec. 1678. 4:o. Titulus tertiæ Diſſertationis, in Holm. lit. mutilatus, ita habet: *de Sveo-Gothorum Nobilita-*

e in omnem fere Europam derivata, Re-
ondente EBERH. ROLFINGK., Hol-
a-Sveco, d. 26. Mart. 1679. 4:o.
arrant, qui Jacheſium noverunt, Vi-
m fuiſſe difficilis commercii & litigio-
n, qui tandem ob animi impotentiam
Schola detruſus Germanica anno 1681,
ollegio cuidam illuſtri præfuerit, cum
STEINMEYERO, Viro candidiſſimo.
hujus memoriam Inſtituti addam e-
lgatum an. 1686. a Jacheſio Program-
a, ſub titulo: *Ad actum comicum, quem Nativitate Chriſti per juventutem noſtram holaſticam Cl. Dn. J. B. Steinmeyer, lo- conſveto, a Leonibus dicto, exhibebit, holæ noſtræ, communi patriæ bono erectæ, atronos ſummos, Mæcenates & Promoto- s, ea, qua decet, ſubmiſſione & obſervan- a, ad anni hujus* 1686. *d.* 12. *Jan. invi- t M. Joh. Jac. Jaches, Rector.*

Anno 1689. in Martio creabatur NI-
OLAUS WOLFF STIERNBERG Biblio-
ecarius Upſalienſis. Nuſpiam quidem
editis vitæ ejus deſcriptionibus legi-
ir, eum Bibliothecæ Regiæ Stockhol-
ienſi aliqua ratione præfuiſſe; iſte ta-
en titulus ipſi datur in literis b; MA-

GNI

gni Rönnovii, Poëtæ Latini noſtræ ætatis feliciſſimi, ad eum Latine ſcriptis d. 20. Junii 1690. quibus nobilitatis decus & nova munia illi gratulatur. Inſcriptio literarum, quarum αὐτόγραφον vidi apud Ampliſſ. Archivi Ant. Secretarium Regium Dn. Joh. Helinum, hæc eſt: *Dno* Nicolao Wolf Stiernberg, *Secretario Regio & Bibliothecæ cum Regiæ Holmenſis, tum Academicæ Upſalienſis Præfecto.* Veriſimile hinc videri poterit, Stiernbergium eodem, quo de Obrechto infra audiemus, pacto Bibliothecæ hujus inſpectionem demandatam fuiſſe.

§. XXXVII.

Jam CAROLUS & intra Regni terminos Patriæ decus ampliaverat, & extra. Securitatem præſtabant armorum Svecicorum reverentia & amicitiæ Regum, robur autem, paratus ipſo pacis tempore miles, & ditata æraria. Itaque eo intentiori nunc cura, de augenda Bibliotheca ſua cogitare cœpit Rex Optimus, quo citius hæc Filiis Principibus in uſus cedere poſſet. Hinc, Jaco-

COBO GYLLENKLO, Aſſeſſore Dicaſterii R., Viro literarum amantiſſimo, an. 1692. decedente, ampliſſima ejus Bibliotheca, & inſtructiſſimus numorum Romanorum theſaurus, Hulterſtadenſis olim, Oſtro-Gothicæ villæ, ac Domini ſui, deliciæ, ab hæredibus emebantur, & Bibliothecæ Regiæ inferebantur. Mox etiam miſſi ſunt Amſtelodamum, qui magnam numorum ſymbolicorum & pretioſorum lapidum, a R. CHRISTINA heic pridem oppignoratorum, copiam redimerent & patriæ gazæ poſtliminio reſtituerent. Rex, qui numophylacium juſto ordine inſtructum cupiebat, Viros rei numariæ peritos, Ill. Comitem CAROLUM WREDIUM, JOH. GABR. SPARWENFELDIUM & Archivi Antiquitatum Regii Aſſeſſores, NIC. KEDERUM ac EL. BRENNERUM, in aulam arceſſivit a. 1696. ut ſtatis diebus & conjuncta opera numos in ſeries redigerent. BRENNERUS, cui hiſtoria Sveciæ metallica, ut appellari conſuevit, omne punctum debet, jam anno 1692. editum Theſaurum ſuum Regi obtulerat: Idem in altera & poſthuma libri editione p. 251. ingentem

Socio-

Sociorum voluptatem a crebra Regis Clementiſſimi præſentia, qua innocua hæc ſtudia non infra tanti faſtigii curas ponebantur, deprædicare non intermittit. Etiam Bibliothecam ſuam frequens inviſebat CAROLUS, libroſque diligenter evolventibus inopinato adſtans, animum addebat & ſpem fortunarum. Id certe ſibi & aliis accidiſſe, refert RÖNNOVIUS in Præf. Speciminis Talmudici, Ultraj. a. 1690. editi: Addit idem ultro: *Stipendio ornatus Regio, primum Holmiæ commorabar, quo Bibliothecam perluſtrarem Regiam, quæ & libris vaſtiſſimis, ex Germania præſertim & Polonia ſuperioribus bellis advectis, & MStis abundat haud vulgaribus, quorum non minimum eſt dimidia & ultima pars ex Maimonidis Jadchasaka, elegantiſſimis & antiquis characteribus in membrana exarata.* (*)

§. XXXVIII.

(*) De hoc Codice iſta annotavit Liljebladius: „R. Moſis Maimonidis Jadchaſaka pars altera. MS. „in pergameno prægrandi: Fuerat hic codex olim Si„giſmundi, Regis Pol. Hinc Conſtantini L' Empe„reur in poſſeſſionem venit. Ex Belgio iterum in Da„niam translatus temporibus belli, in Bibliothecam „Stockholmenſem migravit. Inde an. 1668. ad e„*ditionem* operum Academicorum a Rege CARO„*LO XI.* clementiſſime mihi, Peringero, largitus,

§. XXXVIII.

Anno 1695. d. 9. Aprilis Bibliothecæ Regiæ inſpectio demandatur Ill. Comiti Nic. Gyllenstolpio, Sen. Reg. & Principis CAROLI Gubernatori, cui ſociam addixit operam Gust. Cronhielmius, tunc quidem Cubicularius ejusdem Principis, deinde vero & ipſe Comes, Sen. R. & Acad. Upſ. Cancellarius. Hoc anno Falckius, Bibliothecæ Præfectus, quem ſupra memoravimus, criminis neſcio cujus, & negligentiæ convictus, ab officio remotus eſt. Carceri etiam mancipatum ajunt, quo tamen brevi ſolutus, Novicaſtellenſem in Ingria Conſulatum recuſavit, potiusque duxit, vitæ reliquos dies Stockholmiæ tranſigere, & ſenex Botanophilus ſuburbanos montes ac convalles herbarum noſcendarum cauſa perreptare. (*) In e-

„ne ſiniſtri quid in poſterum patiatur, publicum „in Bibliothecæ librorum cenſum denuo hic referen„dum curavi. „ Adſcripta ad calcem codicis nota, ſive Ludovici de Reneſſe, ſive alterius Docti Viri, recte ſubindicat, librum eſſe perrarum, maximæ vetuſtatis & pretii, quippe ævo Maimonidis exaratum.

(*) † d. 18. Jul. 1720.

ejus locum mox ſuffectus eſt JACHESIUS, cui injungebatur, conſilia & literarum commercia cum ELIA OBRECHTO, Prof. SKYTTIANO, communicare. (*) Huic enim nuper demandata erat Bibliothecarum patriæ publicarum inſpectio generalis. Quare novam ille methodum elaboravit diſponendis libris, quæ norma fuit b. Enebergio in Catalogo, quem orſus eſt, Upſalienſi. (**) Breves autem & tantum

(*) Ex literis Regis iſta excerpſit Palmsk., in Schedis; „ År 1695. d. 9. April har Kl. Mt. af ſär„deles åhuga för deſs Bibliothek, at det måtte blif„va bragt uti en pertinent ordning och ſit rätta skick, „updragit och anförtrodt Kl. Rådet Gr. NILS GYL„LENSTOLPE, at förmedelſt ſin Direction och öf„ver-upſikt befrämja hvad ſom til deſs förkofring, „luſtre och förbättring i hvarjehanda måtto lända „kunde; ſå at det Kl. Arf-Printzen framdeles måtte „kunna vara til deſs ſtörre tjenſt och nytta. Hvar „vid Kl. Mt. i lika måtto ombetrodt och updragit „Profeſſoren Obrecht inſpectionen öfver det ſom til „Bibliothekets inrättande hörer: Såſom ock deſſu„ſtan förordnat en viſs Perſon til Bibliothecaritum, „ſom ſtadigt vid Bibliotheket skulle upvakta, och „med Profeſſoren Obrecht derom hafva correſpon„dence och inſeende.

(**) Enebergius in Relatione ad S. R. & Cancell. Upſ. Ill. Com. Piper d. 30. Sept. 1703. ſic ſcribit: „År 1696. begynte Sal. Hr. Obrecht, i anledning

tum non irritæ hæ curæ erant, Obrechto ad Cancellariam Regiam an. 1697. vocato.

§. XXXIX.

Eum jam attigerat copiæ & celebritatis apicem Bibliotheca Regia, ad quem unquam a teneris adeo nuperisque initiis, & ſub turbidis bello temporibus, adſpirare potuit. Nam præter commemoratas ſupra acceſſiones, inſignia omnino incrementa ceperat beneficio Reductionis, quo, ut de reliquis nihil dicam, integra Regni Theſaurarii ill. Baronis STENONIS BIELKII Bibliotheca noſtram auxit. Illa omnis generis Mathematicis & militaris ſcientiæ libris refertiſſima erat;

L

„af ſin Fullmakt på General Bibliothecariatet öfver hela Riket, at arbeta på ſin nya rangering, „ſom innefatta skulle icke allenaſt detta Academiska, „utan ock det Kongliga i Stockholm, jämvål alle de „andre Academiske Bibliotheker, uti hvilket arbete han i lifstiden avancerade til slut med Folianterne af den Thelogiska faculteten. Och hvad Sal. „Hr. Obrecht ſåledes giorde med det allmänna Registret öfver alla Bibliotheker, det utarbetade jag „efter lika methode öfver detta Bibliothek i ſynnerhet.

rat; quibus acceſſit non ſpernenda pictu-rarum æri ſculptarum collectio, pluri-mis grandioribus voluminibus compre-henſa; cujus pars ſaltem poſt cineres Bi-bliothecæ Regiæ ſuperſtes, tabulas opti-morum artificum continens, peritiam Col-lectoris ſimul commendat. Etenim Bielkianæ gentis proprium decus eſt, inge-nitus quaſi literarum amor. Teſtis, ce-lebrata nobis ſuperius Salſtadenſis Biblio-theca, quam annuis multisque ſumtibus noſtro tempore auget Poſſeſſor, Ill. Co-mes, ad Cameram ſtatus Præſes, & Or-dinum Regiorum Eques auratus, Dn. Carolus Gustavus Bielkius.

An. 1695. recenſebantur libri Biblio-thecæ Regiæ, ad normam Catalogi X. Voluminum, a novo Bibliothecario Ja-chesio, qui adjunctos ſibi habebat Ju-ſtitiarium aulicum, Palmcrantzium, & judicii aulici Notarium, Magnum Folcker. Surrexit numerus ad 23672 Volumina, exceptis libris Sveticis, a Sparmanno donatis, mille voluminum, & MStis codicibus, numero 1386. In quem cenſum nec tamen veniebant Meur-ſiana omnia; edita & inedita, quæ in

peculiare conclave congeſta erant. *Meurſiana complura* (inquit N. HEINSIUS, literis ad BEN. CARPZOVIUM an. 1677. in Nov. datis, Conf. Syll. BURM. T. V. p. 289) *Holmiæ in Regio armario adſervantur, luce nondum donata, quæ edenda heic terrarum* (Hagæ Com.) *curaſſem, niſi interveniſſent tempora muſis & bonis artibus adverſa.* Immo de edendis horum nonnullis in Hollandia actum eſt jam inde ab a. 1669 inter Legatum t. t. Batavicum, HEINSIUM noſtrum, JO. SCHEFFERUM & GRIPENHIELMIUM. Quin imprimebantur apud Elzevirios, cura Grævii, hinc miſſæ Meurſianæ *Trium inſularum antiquitates*, & R. CAROLO XI. dicabantur. Syll. B. T. V. p. 126. 146. Inter ſcripta iſthæc & adverſaria Meurſii ἀνέκδοτα celebrantur primo ejusdem *Bibliotheca Græca*, Fabricio T. I. Bibl. Gr. Mollero in Hypomn. ad Morh. Polyh. p. 393. & Barthol. de ſcr. Dan. p. 289. ubi non ultra literam H continuatam eſſe, a SAM. PUFENDORFFIO tamen miſſam ad Grævium, & ab hoc edendam, perhibetur. Deinde: *Familiæ Atticæ*, de quibus vid. Acta Er. Lipſ.

Suppl. T. IV. p. 451. Tertio: *Bibliotheca Attica*, quæ Scriptores Atticos recenſebat Libris IV. alphabetico ordine. Vid. MORHOF. Pol. Lit. L. IV. C. 6. p. 72. At MEURSIUS ipſe, in Athenis Batavis, præter ſcripta illa inedita, etiam ſequentia memorat, edendaque promittit, quæ fortaſſis affecta, in deplorando Bibliothecæ incendio perierunt:

Theodori Metochitæ Hiſtoriarum Libri IV. Gr. & Lat. cum notis.

Athenæi Mechanica, Gr. cum notis.

Apollodori Polyorcetica.

Julii Africani Ceſti.

Meletii tractatus de natura hominis, Gr. cum notis.

Harpocrationis Lexicon, Gr. cum animad.

Menander Rhetor de diviſione cauſſarum, in genere demonſtrativo, Gr. & Lat. cum notis.

Dionyſia, ſ. tractatus de Bacchi apud Athenienſes feſto.

His addi debent *Miſcellanea* Noſtri *Laconica*, ſeu Variarum Laconicarum Libri IV., quos, jam diu deſideratos, Ill. S. PUFENDORFFIUS, dono P. J. COYET, Equitis Aur. & R. S. Conſiliarii aulici, habuit eden-

edendos; ut ex literis ipſius PUFENDORFFII ad Illuſtriſſ. Comitem & Campiductorem OTT. WILH. KÖNIGSMARCKIUM tradit in Hell. ſub arcto PLANTINUS noſtras p. 46. Tum etiam Epiſtolarum MEURSII ἀμοιβαίων Volumen integrum, quod ex Bibliotheca Stockholmenſi exſcripſerat & PAULINO Lipſienſi armario a. 1681. donaverat idem PUFENDORFFIUS, teſte Rechenb. in Diſſ. de uſu Epiſtolarum, & Pareo in Append. alt. ad Hiſt. Palat. p. 484. Harum Epiſtolarum ἔκτυπα etiam Hafniæ fuiſſe in Bibliotheca Jo. GRAMMII, Viri Eruditiſſimi, mox audiemus. Porro accedit iſtis CHRISTIERNI II. FRIDERICI I. & CHRISTIANI III. Regum D. Hiſtoriæ, a MEURSIO ſcriptæ, ſed nunquam editæ, quarum in Bibliotheca Stockholmenſi vidit codicem MS. PUFENDORFFIUS, citatque contra Varillaſium, p. 5. De cetero, exempla librorum editorum Meurſii aliorumque in Bibliotheca hac Regia superſunt, quibus interpolationes MStas frequens ipſe addidit. Cum itaque ante decennium fere, & quod excurrit, de edendis in Italia junctim Meurſianis omni-

bus, ope Lamii, Viri Doctiſſimi, Florentiæ ageretur, auxiliatrices manus iſti negotio præbuerunt Grammius & Gust. Benzelstiernius, ille Hafnienſis, hic Stockholmenſis Bibliothecarius, ambo νῦν ἐν ἁγίοις. Literas Typographorum Etruſcorum *Jo. Cajet. Tartini* & *Sanct. Franchini* ad noſtratem ea de re perſcriptas, quod literaria nonnulla, lectu forte non indigna, contineant, heic inſeremus:

Nihil optabilius nobis contingere potuit, Vir Clariſſime, quam Doctiſſimum & humaniſſimum hominem, qualem Te Tuæ literæ oſtendunt, in partem, ut ita dicamus, noſtræ veniſſe ſollicitudinis. Id nos quidem magna lætitia adfecit, ſperantes præcipue Meurſianorum de puerperio & funere *opuſculorum interpolationes & additamenta, ipſius Meurſii manu exarata, a Tua & Fratris Tui, Antiſtitis Reverendiſſimi, liberalitate nos conſequuturos, quod quidem nobis, cujuscunque impenſæ indemnitatem Tibi præſtituris, perhumaniter pollicitus es. Ceterum ex Jo. Grammii, Viri Eruditiſſimi, epiſtola jam nobis innotuerat, omnia fere Meurſii opera ἀνέκδοτα exitialibus flammis in*

isto

iſto Regno periiſſe; at cum Ille nihil nobis de indicata Chriſtierni II. Friderici I. & Chriſtiani III. hiſtoria, quam Sibbernus memorat, ſignificaverit, veremur, ut in præſentia illa in Hafniæ Bibliothecis exiſtat, quanquam, ubi alias literas ad eum dabimus, huius notitiæ mentionem facere non omittemus. Laudatus tamen Grammius ſe, quæ eſt Viri humanitas, recepit codicem epiſtolarum a Viris doctiſſimis Meurſio ſcriptarum, quem in ſua privata Bibliotheca ſervat, ad nos miſſurum, ut iis etiam editionem noſtram locupletemus. Ne dubita vero, quin eadem ac Tu mones, in editione noſtra exſequuti ſimus, & auctorum a Meurſio citatorum teſtimonia cum noviſſimis caſtigatiſſimisque editionibus contulerimus, corrigenda, aut notatu digna in ima libri ora, vel præfationibus, opportune adnotantes. Eandem diligentiam in Græcis Latinisque ſcriptoribus, a Meurſio primum editis, recudendis præſtabimus; quin & ad MStorum codicum, ſi qui in Florentinis Bibliothecis adſervantur, fidem iterum caſtigabimus. Gratias igitur Tibi agimus, quod alia multa ad Meurſium, noſtræque editionis abſolutionem, ſpectantia per Tuas literas innoteſcere voluiſti; fortunæ tamen in-

juriam querentes, quod facultatem gratum noſtrum animum Tibi teſtandi, gratiasque referendi, nobis abſtulerit, dum nihil in Medicea ad Divi Laurentii, aliisve Florentinis Bibliothecis, reperire potuerimus, unde Tuo deſiderio ſatisfaceremus. Neque in hac urbe ulla memoria extat Gloſſarii *alicujus* Latino-Teutonici; *& conſulti Bibliothecarum Præfecti verentur, ne ſcriptores,* (*) *qui hujus modi gloſſas laudant, errore aliquo, ad id faciendum, inducti fuerint. Sed nec* Dialogum de Oratoribus *elegantiſſimum, qui* Tacito *aut* Quinctiliano *tribuitur, excuſſis Bibliothecarum memoratarum pluteis, invenire datum eſt; quare reſtat, ut videas, ſi quæ ſint alia, in quibus officium noſtrum deſideres; nihil enim magis in votis habemus, quam ad Tua juſſa capeſſenda nos paratiſſimos exhibere. Vale. Florentiæ idibus Martiis MDCCXXXVI.*

§. XL.

Sed ultimum R. CAROLI XI. diem 5. Aprilis a. 1697. ſubſequebatur, interjecto exacte biduo, fatum Bibliothecæ triſtiſſimum, quo eruptum e ſcintilla ferale incendium arcem Regiam, cum poti-

(*) Eſt is Wachterus in gloſſario.

potiore melioreque literarii iſtius Theſauri parte, in cineres & fumos redegit. Erant primùm, qui JACHESIUM negligentiæ accuſabant, in conſervanda Bibliotheca. Mox tamen, inſtituto examine, deprehenſum, flammas ea rapiditate per omnia graſſatas, ut vix ultra id, quod ſervatum eſt, illis ſurripi potuerit. Præſto erat JACHESIUS, acervosque librorum alios per portas efferri curabat, per feneſtras alios ejici in ſubjectam plateam, cujus verè jacturæ & cladis ſigna oſtendunt ſuperſtites tot libri mutilati, vel quorum tomi hinc inde deficiunt, vel ligamenta confracta ſunt.

Sequenti anno recenſebantur libri reſidui, & Catalogo inſcribebantur 479 paginarum, (qui adhuc remanet) a Bibliothecario JACHESIO. At ille, neſcio quo æſtro percitus, Germaniam ſuam a. 1702. repetiit, nunquam rediturus. Libri ſub ipſo incendio aſportati erant in Domum Ill. Comitis LILJII, ubi non in pluteos, qui nulli adhuc erant, ſed in pavimentum per cumulos congeſti, denuo recenſebantur a Fratribus JOHANNE PERINGSKIÖLDIO, Secret. ad R. Arch.

Ant. & Gustavo Peringero Liljebladio, Cenſore Regio. Vulcano erepta tunc numérabantur 6286. Volumina impreſſorum, quorum bis mille tantum habebantur foliis & ligaturis integris, item ſupererant 283. Volumina codicum MStorum, & Collectionis Sparrmannianæ librorum Sveticorum 411. quæ, potiorem partem, cum armariis, quibus incluſa erant, ad ſe transferri fecerat Vir quidam illuſtris, prout abituriens narravit Jachesius. Icones illuſtrium Legatorum & Doctorum Virorum reſtabant numero 122. Capita e marmore antiqua novendecim & ſtatuæ æneæ novem. Incendium itaque Impreſſorum 17386. & MStorum 1103. Volumina abſorbſerat. Sic celebratiſſimæ Bibliothecæ perſæpe horulæ ſpatio interierunt, quibus reſtaurandis vix plura ſecula ſufficiunt. Surgunt ſplendida palatia & totæ urbes e favillis non raro, Phœnicum inſtar, ſplendidiores; nam iſta damna, quo reſarciantur, præter impenſas, vix aliud requirunt. Liber autem rarior, vel codex MS. pecunia vix comparatur. Eandem ſortem iniquam Schedæ Archivi pu-

blici

blici antea etiam non ſemel expertæ ſunt. Rev. Ep. AND. RHYZELIUS ex hiſtoriis annos præſertim 1419. & 1515., notavit in Brontologia, quibus Arx Stockholmenſis Regia, quum igne deflagraret, chartophylacium ſimul Regni eadem clade involverat. *Conditorium*, inquit THUNIUS in V. P. p. 38. *Actorum Veterum fornicato opere denſiſſimo in arce Holmenſi ſubſtructum, & obicibus ac ſeris firmiſſimis munitum, nocturno incendio pridie S. Sigfridi a. 1525. exorto, cum conclavi Regio & ſupellectili argentea, tanta vis flammæ erat, deflagravit.* Conf. MESSENII Theat. nob. p. 125. qui ignorantiam noſtrorum temporum de primis familiæ VASEÆ initiis huic incendio adſcribit. Immo monumentorum archivalium eo infelicior jactura iis temporibus erat, quod nihil fere eorum, quæ ſcire, noſtra intererat, ex iſtis tabulariis vulgatum, nihil inde in libros impreſſos transſcriptum habebatur.

§. XLI.

Succinctam de Bibliothecæ Regiæ ſtatu poſt incendium narrationem R. Cancella-

cellariæ Collegio tradiderunt d. 22. Dec. a. 1702. laudati ſupra PERINGSKÖLDIUS & LILLJEBLADIUS; immo conſilium pariter de duplorum & mutilatorum librorum venditione, itemque adſignanda certa annuaque pecuniæ ſumma pro coëmendis libris novis, aperuerunt; Augetur itaque jam inde ab illo tempore, non ſolum iſtis reditibus, ſed etiam, ut hoc nunc ſuo loco addamus, libris omnibus, qui in patria eduntur. Nam *variis edictis publicis*, ait Rev. THUNIUS in V. P. p. 60. *præcipue annis* 1661. (eodem quo SPARRMANNIANA collectio Bibliothecam Regiam intravit) 1663. *&* 1684. *ſevere & certa conſtituta multa pecuniaria cautum exſtat, quod ex quibuslibet commentationibus, tractatibus, ut vocant, & ſcriptis, cujuscunque demum ſint generis & materiæ, quæ in hoc regno ejusque provinciis concinnata eduntur, ante diſtractionem eorum, duo omnino a Typothetis exemplaria tradenda, quorum alterum in Archivum, alterum in Bibliothecam Regiam reponetur. Iis ex conſtitutione recentiore, anno ſuperiore, promulgata, adhuc quatuor addenda, quæ in Archivum recepta, a Patriis Academiis,*

Upſalienſi, Pernavienſi, Aboënſi, Lundenſique inde repetenda proſtant. Ignoro, quem annum heic *ſuperiorem* appellaverit THUNIUS, quum mihi neque conſtet, quo vita PALMSKÖLDIANA ſcripta ſit anno. Hoc autem ſcio, ſi recte monuit Rev. NORRELIUS in editis nuper ſtricturis p. 71. mandatum illud pro Upſalienſi & reliquis Academiarum Bibliothecis a. 1694. d. 11. Julii prodiiſſe. Repetitum autem annis 1707. d. 16. Feb. 1724. d. 24. Jan. & 1735. d. 11. Junii, admonitionibus ad Typographos Regni a R. Cancellariæ Collegio factis. Jam autem nova lege pro Stockholmenſi Bibliotheca ſtatutum eſt, ut exemplaria huic tribuenda non ad Archivum R. ſed rectâ, ad hanc mittantur.

§. XLII.

JACHESIUS jam Colbergam profectus erat, ubi Conſul reliquum vitæ curriculum exegit. Huic ſucceſſit in Bibliothecariatum GUST. PERINGERUS LILLJEBLADIUS, qui LAURENTII FRID. PERINGERI, Culmbacenſis, Lectoris Gymnaſii Stregnenſis, filius, linguarum, & inter

inter has, Hiſpanicæ, quam rarius diſcimus, peritia, multaque alia doctrina, ampliſſimis peregrinationibus comparata, clarus, a Profeſſione Orientalium linguarum Upſalienſi ad Cenſuram librorum Regiam evocatus erat a. 1695. Biennio antea nobilitatis honoribus decoratus. Vir de cetero in tantum laudandus, in quantum virtuti & eruditioni ſuum pretium, ſuus honos, conſtabit. LILLJEBLADII prima cura fuit, ut Bibliotheca in atrio illo ampliſſimo BONDIANÆ domus, ubi jam curiale civitatis palatium eſt, per pluteos, quo fieri tum potuit, ordine concinniori diſponerentur, tum & reliqua palæſtræ hujus literariæ utenſilia & ornamenta compararentur.

§. XLIII.

Ad Duodecimum CAROLUM properat narrationis ſeries. Is in caſtris a patrio ſolo plerumque remotiſſimis utramque fortunam expertus, etiam in utraque fortitudinis animique humanæ ſortis menſuram ſupergreſſi exemplum dedit orbi univerſo, atque omni poſteritati, ſtupendum. Neque in fatis fuit Principi optimo

mo & perquam literato, ſub pacis otio, poſt emenſos plusquam herculeos labores, ſcientiarum & œconomiæ florem patriæ reſtituere. Fuit hæc temporum ſub divo FRIDERICO felicitas.

Egregiis tamen ſub CAROLO XII. acceſſionibus augebatur Bibliotheca Regia. Et primum quidem an. 1703. a Rege Opt. certa pecuniæ ſtipes conſtituebatur, quæ inde annuatim numerata, coëmendis novis libris aliisque Bibliothecæ uſibus in huncusque diem inſervit. Memoriam hujus beneficii perennem reddidit LILLJEBLADIUS, incœpto ab iſto anno novorum augmentorum Catalogo, cui hic eſt titulus: *Auguſtiſſima Bibliotheca Regia Stockholmenſis, felicibus auſpiciis Glorioſiſſimorum Regum inſtaurata, multiplici deinceps incremento adaucta, cum variam fortunam ſub variis Præfectis experta fuiſſet, tandemque anno MDCLXXXVII. die VII. Aprilis ærumnabili damno conflagraſſet, una cum arce Regia; ex XXV. mille codicum numero reliquias circiter IV. mille collectas reſarciri inque ordinem redigi juſſit CAROLUS XII. Rex Pius, Felix, Inclytus, Victor & Triumphator. Qui & novis* quotannis

nis reditibus ad eam augendam providit. Unde anno MDCCIII. Auctarium Librorum, quod ſequens exhibet Catalogus in Bibliothecam invectum eſt, opera Guſtavi Peringer Lilljeblad. Ditata deinde eſt ex liberalitate JOHANNIS GABRIELIS SPARVENFELDII, Viri Illuſtriſſimi, qui generis nobilitatem ampliſſimis peregrinationibus & lingvarum cognitione decoraverat. Illum enim CAROLUS XI. Pater patriæ, quum relatum ipſi eſſet, de frequenti olim per Nuncios pontificios, Dynaſtas Danicos, JOHANNEM Gothum & ultimo, CHRISTINAM Reginam, (*) apud nos facta monumentorum hiſtoricorum jactura, a. 1688. ſuis impenſis ad præcipuas Europæ regiones hæc repetitum, & novos etiam in uſus Principis CAROLI libros emtum, ablegavit. Ulyſſes noſter, SPARVENFELDIUS, viſa etiam Africa, Gothorum olim, vel Vandalorum, expeditionibus pertentata, curſum iſtum ad annum 1694. abſolvit. Rediitque, non iſtis quidem deperditis, quæ

(*) Vix quidquam a CHRISTINA, quod Patriæ hiſtoriam attingeret, hinc diſtractum fuiſſe, Catalogus MStorum Reginæ, a Montefalconio adornatus & editus, commonſtrat.

quæ fama fortaſſis exiliora fuerant, ſed aliis non minoris momenti ſcriptis, immo theſauris, onuſtus. Ex illo penu raram Manuſcriptorum collectionem, atque etiam impreſſorum ejusmodi librorum, qui raritate cum MStis æquiparari poſſunt, Stockholmenſi Bibliothecæ dono dedit anno 1705. MSta Volumina XXVII. erant, & impreſſa CXXI. Hæc autem Hiſpanici maxime idiomatis, Gothorum apud exteros hiſtoriam egregie illuſtrant. Multam ſcilicet in hac hiſtoriæ parte cognitionem ſibi comparaverat Noſter, & in adverſariis redegerat, quæ Upſalenſes jam ſervant. Vid. Norrelii ſtrict. p. 39. Liljebladius libros iſtos donatos adcurate recenſuit in edito Catalogo hujus tituli: *Ecloga ſive Catalogus librorum, cum MStorum, tum impreſſorum, Hiſpanici præſertim idiomatis, quibus Regiam Bibliothecam Stockholmenſem adauxit Vir Illuſtris* Joh. Gab. Sparwenfeldt, *aulæ Regiæ primarius ceremoniarum Magiſter, ut hoc inſigni & raræ eruditionis theſauro uti, frui queant ſtudioſi rerum antiquarum ſcrutatores, qui glorioſa majorum gentis Gothicæ heroica facta, in Hiſpaniis per trecen-*

nium geſta penitius hinc ediſcere volupe commodumque ſibi ducunt. Ad perpetuum liberalitatis exemplum, inque duraturam gratitudinis memoriam recenſuit GUSTAVUS PERINGER LILIEBLAD, *Regius Bibliothecarius*. Stockh. apud Vern. 1706. 4to. Eodem tempore Regium Antiquitatis Archivum & Bibliothecas etiam publicas, Upſalenſem Lundenſemque, ſingulis impreſſorum & MStorum codicum ſymbolis ditaverat idem ille camœnarum noſtrarum εὐεργέτης; cujus XXXIX Volumina, quæ ſeptentrionalem hiſtoriam & antiquitates concernebant, deſcripſit JOH. PERINGSKIÖLDIUS, ſubdiditque recenſionem jam memorato Catalogo. At PERINGERUS in limine ſui ſcripti monumentum SPARWENFELDIO poſuit, & nobis heic, & poſteris, grata recolendum memoria:

JOHANNI. GABRIELI.
SPARWENFELDIO.
AULÆ. REGIÆ. MAIESTATIS. SVEDIÆ.
PRIMARIO. CEREMONIARUM. MAGISTRO.
VIRO.
PEREGRINATIONUM. LINGVARUM. VIRTUTUMQUE.
GLORIA. PRÆFULGIDO.
EX. PRÆCLARO. NOBILIS. BIBLIOTHECÆ.
THESAURO.

PRÆ-

PRÆSTANTISSIMA. VETERUM. MONUMENTA.
SCRIPTORUM. GOTHICORUM. PROMENTI.
ET.
EGREGII. CIVIS.
DEVOTA. QVADAM. BENEFICENTIA.
OMNES. OMNIUM. BIBLIOTHECAS.
HOC. EST.
REGIAM.
LIBERALITER. EXORNANTI.
OB. LEGATA. VETVSTATIS. ISTHÆC. NVNTIA.
ET LIBRORVM. ECLOGAM.
EX. PVBLICO. BONORVM. VOTO.
PRIVATÆQVE. VOLVNTATIS. TESTANDÆ. STVDIO.
HOCCE. INTERPRETAMENTVM. POS.
GUSTAVUS. PERINGER. LILIEBLAD.

Inter Sparwenfeldianos iſtos primas ſibi jure vindicat Quatuor Evangeliorum Codex vetuſtiſſimus, vulgatæ interpretationis in fol. membranaceus, foliis alternatim purpureis, literis uncialibus, vulgo Gothicis, ſed auro paſſim fulgentibus, ea prorſus majeſtate, qua Ulphilæ apud Upſalenſes exemplar exaratum, ſervatur. Conferantur ea, quæ ad hunc noſtrum codicem ex Thomæ Mareschalli annotationibus ad Ulphilam excerpſit Liljebladius in Catalogo. Addimus iſtis textum Anglo-Saxonicum codici huic, ſequiori quidem ævo, adſcriptum, ſed antiquum tamen, quo poſſeſ-

ſor quondam, Dux ÆLFREDUS qui *ſeniorem* ſe appellat, cum conjuge *Werburgi*, de præſtantia & antiquitate ejus illuſtre teſtimonium reddit, ipſum ſcilicet apud homines ethnicos inventum, initia, ceu probabile, Chriſtianæ religionis in Anglia antecedere.

Ic Ælfred Aldormon & Werburg minge fera, begetan thas bec æt haethnu' herge mid uneſe claeneſco that thoune was mid clare golde and that wit deodan for godes luſan and for uneſe ſaule thearf.

Ond forthen thewum noldan that thas helgan beoc leneg in thare haetheneſſe wunaden and nu willath heo geſellan into Criſtes circan Gode to loſe and to wuldre and to werthunga and his trowunga to thoncunga and tham Godcunga geferſeipe to brucens the in Criſtes circan hwamlice Godes loſ raratb to tham gerade that beomon arede Eghwelce monathe for Ælfred and for Werburge, and for Alhthrythe beora ſaulum to Eccum lecedome, thawile the God geſegen baebbe that fulwiht at theoſſe ſtowe beon mote. Eeſwelce jc Ælfred Dux, and Werburge biddas, and halſiath on Godes almaegtages noman and on allra his heligra that nenigom ſeo to thon

gedyr-

gedyrtigt batie thas balgan beoc aſelle oth the atheode from Criſtes circan thawile deſulwibt ſtondan. Ceterum hoc codice uſum fuiſſe FLAMINIUM NOBILIUM, Virum doctiſſimum, in editione Bibliorum Sixti V. refert alicubi in Schedis MStis, neſcio qua auctoritate, PALMSKIÖLDIUS.

Diximus, multa in hac codicum ſylloge reperiri hiſtoriæ Gothicæ & Hiſpanicæ monumenta rariora, ex quibus quantum profecerit JOHANNES PERINGSKIÖLDIUS in illuſtranda vita THEODORICI Veronenſis, annotationes ejus in *Cochlæum* vel fugitivis oculis inſpicientibus patebit. Addimus jam, nonnulla omnino ἀνέκδοτα etiam in MStis iſtis ſervari, quorum in numero hæc ſunt:

Hiſtoria Hiſpanica, auctore *Raſi*, Mauro, & Muhamedano, qui Seculo X. vixit & Arabice hoc opus ſcripſit, quod, niſi in verſione Hiſpanica, ſuperſtes non eſt. Diffuſa heic habetur Gothorum Hiſpaniæ hiſtoria, quæ *Ambroſio Morali*, aliiſque ſequioribus Hiſpaniæ Hiſtoriographis multum ſerviit. Inſeram LA CROSII, Polyhiſtoris, de *Raſi* ju-

judicium: (*) *Licet*, inquit, *in Hiſtoria Romana & Gothica deſcribenda pudendis fabulis ſcateat Auctor Arabs, permulta tamen habet, quæ ſequioris ævi Geographiam Hiſpaniæ illuſtrant, immo Arabicas irruptiones in Hiſpaniam luculenter ſane deſcribit, pro captu tamen illius nationis & ævi Hiſtoricorum -- Ceterum celebratur hic Auctor, qui & nunquam editus eſt, nec, puto, unquam edetur in lucem, paſſim ab Hiſpanicis & Luſitanis hiſtoriarum ſcriptoribus, quod demonſtrabunt And. Reſendii, Ambroſii Moralis, Joh. Marianæ & Nic. Antonii teſtimonia -- Sola autem verſio ætatem tuliſſe videtur. Nulla enim Raſis memoria extat neque in Abulpharaijo, neque in ullo alicujus notæ Arabum Hiſtorico; neque in Herbeloti Bibliotheca Orientali, quod certe dolendum, quod multa inepte & indocte ab interpretibus Luſitanis, ſive Hiſpanicis, accepta fuiſſe, in ipſum librum paullo accuratius inſpicienti videantur.*

Fuero Judzgo, h. e. Forum judicum. MS. in charta bombycina. Continet Leges antiquas Gothorum Hiſpanicorum, easque antiquiori lingua Hiſpanica, & ex quo-

(*) Vita La Crozii per Jordanum, ejus Generum, p. 127.

quorundam judicio, pleniores Collectione illa, quam ſub titulo *Fori antiqui Gothorum Regum Hiſpaniæ* edidit & Commentariis illuſtravit *Alphonſus de Villa Diego.* Meminit noſtri Codicis, ut antiquioris, LUNDIUS in Prolegomenis ad LL. W. G.

Iſidori Hiſpalenſis Chronicorum libri, cum continuationibus & ſupplementis variorum, editi quidem ſunt, & pluries (*); ſed continent tamen bini noſtri codices nonnulla, quibus ſuppleri vel emendari adhuc poſſent, notis præſertim & correctionibus ad oras paginarum adſcriptis *Prudentii de Sandoval*, Hiſtoricorum Hiſpaniæ primarii.

Joh. Bapt. Lavannæ, Geographi PHILIPPI III. R. Hiſp. opus *de Hiſpania* Geographicum, αὐτόγραφον, nunquam editum.

Anonymi Genealogia, origo & breviarium Regum Hiſp. Arragon. & Siciliæ, qui originem duxerunt a Gothorum gente, ab a. Chr. 343. usque ad FERDINANDUM & ISEBELLAM &c. quam hiſtoriæ Gothicæ

(*) 1. Per Margarinum de la Bigne Paris 1580. 2. Jacobum de Bruel, Benedictinum. ibid. 1602. 3. Coloniæ 1618.

ab ATHANARICO Epitomen ineditam, typis omnino dignam judicat LILIEBLADIUS.

Hiſtoria bellorum Gothicorum, Italice deſcripta a *Benedicto Zanobio Acciajoli*. Codex idiographus Auctoris, qui vergente Seculo XVto vixit.

Huc etiam referam *Nicolai Mareſcalci Turii Vitas Obotritarum, ſ. de origine & Regno Herulorum*. MS. in membranis. Edita tamen eſt ante annos non multos a VESTPHALIO, Cancellario aulæ Holſ. in Monumentis Paderborn. & Megapolenſ. Tomo IIdo, ſed accito in auxilium noſtro codice, nitide exarato, quem præſens heic a. 1719. Stockholmiæ exſcribendum & Editori mittendum curavit Illuſtris BASSEVIZIUS, Hannoveranus ad aulam Sveticam tunc Legatus. Conf. Weſtphalii Præf. (*) Ul-

(*) Bini tantum horum annalium codices huc usque innotuerunt. Alter in Bibliotheca illuſtris quondam Viri *de Vitzdubm*, appoſitas habet imagines Regum & Principum Megapolenſium, eorumque Conjugum & inſignium, miro artificio & deauratis coloribus depictas. Alter Stockholmenſis. Utrumque credidit Weſtphalius inter ſacraria Archivi Ducalis Sverinenſis locum quondam occupaſſe, ex quo, adverſo belli fato, cum pluribus hujusmodi cimeliis, in manus inciderit Wallenſteinii. Poſt fata au-

Ultimo memoranda nobis venit *Collectio Epiſtolarum* ad Bened. Ariam-Montanum a viris eruditis ſcriptarum, de editione Bibliorum polyglottorum Antverpienſium, quibus Mſcriptis, & maximam partem ἀνεκδότοις, multa continentur ad hiſtoriam literariam apprime conducibilia.

Cetera brevitatis ſtudio omittimus, Lectoremque B. ad ipſum Liliebladii Catalogum, quanquam apud nos jam rareſcentem, remittimus.

§. XLIV.

Anno 1710. d. 15. Januarii vivere deſiit Liliebladius, cujus ſub tutela denuo, ut ex parte jam vidimus, inſigniter creſcere ceperat Bibliotheca publica. Succeſſit illi poſt biennium (d. 19. Feb.) Secretarius ad Protocollum, ut loquimur, Senatus ſupremi, Johannes Brauner, non in Bibliothecæ curam tantum, conſti-

M 5 tuto

tem hujus Ducis a. 1634. a Banerio occupatum & in Sveciam transvectum, perperam addit; quippe ignoravit, Sparwenfeldium, longe poſt Banerii tempora, hunc, cum pluribus aliis rarioribus literarum monumentis, ſub peregrinatione diutina coacervatis, R. Bibliothecæ donaſſe.

tuto illi inter Aulicos Salario (*på Häf-Staten*), ſed & in Cenſuram Librorum Regiam. Multa Viri ab amœnioribus literis, a ſplendore munerum, a parto ſibi nobilitatis primum, mox Baronatus decore, merita grata inprimis memoria recolent Upſalenſes Camœnæ, apud quas juvenis brevi Bibliothecæ præfecturâ vicariâ primum honorum gradum fecerat, & ſenex illuſtrem vitam finierat. Bibliothecam Stockholmenſem, quousque Marte furente, inimica Muſis tempora ſinebant, emtis ſat magno numero libris optimis, ſub hoc etiam Antiſtite auctam, teſtes ſuperſunt horum annorum Catalogi. A. 1715. BRAUNERUS in conſeſſum Conſiliariorum Cancellariæ adoptatus eſt, & CAROLUS ODELSTRÖM Bibliothecarius creatus. Circa idem tempus paullo eminentior inſpectio Bibliothecæ demandata erat SAMUELI FLORÉN BLOMFELDTIO, celebri ab eruditione Viro, cui, juxta innovationem munium Cancellariæ a. 1714. factam, titulus addebatur *Secretarii ad Bibliothecam Regii.* Illud vero novum munus, una cum ceteris, a. 1719. abrogatum eſt; Et BLOMFELDTIUS

us hinc Legifer conſtitutus, jam vegetam ſenectutem Deo & ſibi transigit.

Inter hæc ampliſſima Edictorum Regiorum collectio, quam diligentiæ b. JOHANNIS SCHMEDEMANNI, Conſiliarii Cancellariæ, debemus, Bibliothecam publicam auxerat. Hanc meſſem ſupplendis Repertoriis Statutorum, Receſſuum, Actorumque publicorum, quæ his annis prodierunt, multum inſerviiſſe, horum Editores induſtrii in Præfationibus non diffitentur.

Immo inſignius augmentum hiſce temporibus Regio librorum Armario contigit, a. 1710. occupata penitus a Ruſſis Pernavia, unde cum Muſis fugientibus, tota Livonici Lycei Bibliotheca Stockholmiam transfretavit. Anno 1717. in Catalogos hæc deſcribebatur, & Regiæ Bibliothecæ, cum auctario ex NORRMANNIANÆ diſperſione, adjungebatur. Dives quidem erat Pernavienſis ſupellex librorum antiquiorum, Theologicorum inprimis & Philoſophicorum, quibus utique ſuum pretium eſt; at comitabatur hos multitudo Scholaſticorum, aliorumque vilioris pretii librorum, qui quum etiam

ab

ab aquis damnum acceperint huc transportandi, in ſplendido atrio, quo brevi collocanda erit Bibliotheca Regia, locum vix obtinebunt.

§. XLV.

Odelströmio a. 1723. d. 21. Dec. mortuo, ſucceſſit Henricus Brennerus, Eliæ Brenneri, Antiquarii, Patruelis. Natus erat a. 1669. d. 13. ſept. in Eccleſia *Croneby*, Botniæ occidentalis, Patre Jacobo, ejus Eccleſiæ Antiſtite: præter humaniora ſtudia, LL. OO. cognitione & eruditæ inſolitæque peregrinationis laude clarus. Poſtquam enim Upſaliæ literis operam dederat, & a. 1691. ſub Laur. Norrmanno Diſſertationem pro gradu habuerat *de Hebdomade feriata ex inſtitutis Gentium*, (*) a. 1697. datus eſt comes Legato ad Perſiam Svecico, Ludovico Fabricio; ibidemque relictus, ut Legato Perſico, Sarug Chan-Beg, in Sveciam tendenti ſuis officiis inſerviret. Quum autem eundum eſſet per Ruſſiam a. 1700. gliſcente jam bello, Moſcuæ Noſter, quem, ceu probabile videtur, arcanorum conſiliorum con-

(*) Conf. Nova Lit. Maris Balt. 1700. p. 396.

conſcium credidit Czarus, longa & ærumnoſa captivitate detentus eſt usque ad pacem Nyſtadienſem. Debemus tamen iſti peregrinationi, præter literas BRENNERI cum Patrueli ELIA, GRIPENHIELMIIS, GAVELIIS, BENZELIIS & LILIENSTEDTIIS commutatas, partimque editas, quibus iſtarum Regionum rara cognitio habetur, lucubrationes ejusdem in MOYSEN, Armenum, luculentiſſimum iſtius Gentis Hiſtoricum, quem, Patriæ & otio reſtitutus, edidit coarctatum & notis illuſtratum. De itineribus laboribusque ſuis literariis ipſe alicubi ita: *In hoc itinere, quod, dum patriam repeto, ingreſſus ſum, totam mihi perluſtrare licet Armeniam, Tartariam Dageſtinam, nec non partem quandam Nationis Georgiæ, Circaſſiam, aliasque regiones: qua occaſione facultas dabitur proficiendi in LL. OO. præſertim Arabica, cui addiſcendæ fundamenta jeci Ispahæ ad ſcripturam atque loquelam.* Item alio loco: *De cetero Itinerarium quoddam harum terrarum confeci, ſub titulo tamen alio, ubi induxi mihi in animum, fœdus illud deſcribere, quod initum fuit a Rege gl. m. CAROLO XI. inter Sveciam & Perſiam, per Legatum*

gatum Fabricium, atque præterea continuatum a noſtro jam Clementiſſ. Rege; in quo inſuper opuſculo quævis, quæ in Itinerario bene conſtituto adferri ſolent, nec heic ſunt intermiſſa, omnia tamen legitima diſpoſita methodo. Præter hæc Hiſtorias atque Acta quædam inquiſivi, quæ orbi Europæo vix huc usque crediderim fuiſſe familiaria, inter quæ etiam reſervatam habeo Hiſtoriam Armenorum a primordio ejus gentis, translatam e MStis eorum, nec non Hiſtorias Parthorum & Perſarum, quas cum noſtra contuli; atque præterea Hiſtoriam Georgianorum a longo jam ante Chriſtianiſmum tempore, e MSto; aliasque alias indicandas. Redux a. 1722. Brennerus Regio Cancellariæ Collegio tradidit *Expoſitionem ſuam cauſſarum Expeditionis PETRI I. Czari, contra Perſas.* Hanc Justus Rabnerus plurimis ornatam elogiis Hiſtoriæ ſuæ de vita & geſtis hujus Imperatoris inſeruit p. 711. Cum autem in Tractatu, *Das veränderte Rußland*, multa de Petro Schönströmio, Viro literatiſſimo & in Siberia captivo, legerat, hunc ſcripti iſtius Auctorem ſuſpicatus eſt. In Expoſitione iſta promittit Brennerus *accuratam delineatio-*

tionem Maris Caſpii & Daxiæ fluvii, Tataris Nezetzu, quem Noſter antiquorum *Jaxartem* exiſtimavit. Mappam hanc amicis quibusdam delineandam exhibuit, & in his Nobiliſſ. Editori *Memorabilium Orientalis partis Aſiæ*, qui illam operi ſuo adjunxit, preſſo tamen ejus nomine, cui hanc vere debemus. (*) De TAMERLANI effigie, quam ſervat Bibliotheca R. Noſter annotavit, ex Archetypo *Schach-Sultan-Huſſeini*, Perſici, cura FABRICII delineatam eſſe.

BRENNERO obſtetricante, Bibliothecæ acquiſita ſunt XXX. amplius, Volumina MSta, quæ varia ad res Eccleſiaſticas Patriæ pertinentia Miſcellanea, a b. Husbyenſium Paſtore & Præp. JACOBO TROILIO, Viro Doctiſſimo, collecta, & magnam partem propria ejus manu exarata, complectuntur.

An. 1730. emtis a Magiſtratu urbico *ædibus Bondianis*, ad forum Ridderholmenſe ſitis, in quarum atrio ampliſſimo repoſita fuerat Bibliotheca R. inde ab eo tempore, quo e *Liljeana domo* transportabatur, Muſas noſtras, ut ſedes iterum mutarent, & ad *Brabeanam domum*, ſepten-

(*) *Stiernm.* Cent. IIda Anon. p. 71.

ſeptentrionali urbis ponti propinquam, ubi nunc habitant, transferrentur, neceſſitas adegit. Plena laboris & moleſtiæ erat iſta mutatio tam BRENNERO, quam mihimet, qui operam qualemcunque meam Regiæ Bibliothecæ paullo ante dicaveram. Collocabantur tunc libri in ſeptem arctioribus conclavibus, ut jam in anguſtiis & infra dignitatem habitare Camœnas Stockholmenſes, non injuſta querela ſit. Sed nunc tamen propior ſpes illuceſcit, affore tempus, quo ſplendido novi palatii Regii atrio, illis adornando, inferentur: ut hac etjam felicitate propitium literis bonisque artibus ADOLPHI FRIDERICI, Regis noſtri Clementiſſimi, & Auguſtæ ejus Conjugis LUDOVICÆ ULRICÆ, Reginæ incomparabilis, ævum perpetim celebrent. Scilicet Camœnis noſtris tunc ingeminabimus iſta Poëtæ:

Muſa, quæ anguſtas habitare ſedes
Sveta, nunc lucem recipis, nec antris
Abdita obſcuris, velut ante, cultu
paupere ſqualles.

En tamen leviculam hodierni domicilii memo-

memoriam, quam, in modum ſuperlimi-
naris inſcriptionis, nonnemo appoſuit:

Stat domus Holmiaco celebris contermi-
na ponti,
Ardua Braheo limina culta prius.
Non heic, ut quondam, dives ſplenden-
te lacunar
Auro, nec variè picta columna juvat.
Muſarum nunc ſunt hæc atria: geſtit A-
pollo
Hos, Tenedo ſpreta, ſæpe habitare lares.
Pabula dehinc animæ, & menti medica-
mina quærunt
Ingenui, ſophies quos ſacer urit amor.
Mnemoſyne æternis heic ſignat nomina
faſtis
Docta, quot antiquus, quot novus or-
bis habet.
Hic mundi Annales condit locus: hocce
ſuperſtes
Heroum virtus poſt ſua fata manet.
Heic ſaturat pietas cognato pectora cœlo,
Pervigili volvit ſcriptaque ſacra manu.
Proxima civilis reſidet prudentia, rerum
Quæ docet humanas flectere poſſe vi-
ces.

Jungitur huic velata oculos, digitisque bilancem
Vibrans, quæ populis jura dat, alma Themis.
Claudunt Pegaſides agmen, pia turba, ſorores,
Caſtalioque rigant ſingula ſcripta vado.

Ceterum ſub Brennero non usque adeo impenſe augeſcere poterat literarius hic theſaurus. Etenim redierat Noſter in Patriam viribus a diutina duraque captivitate nimium quantum attritis. Hinc infirmus diu & valetudinarius, obiit tandem a. 1732. d. 29. Aug.

§. XLVI.

Illi ſucceſſit Gustavus Benzelstierna, antea ad Archivum R. Actuarius. Vir ab eruditione & candore Clariſſimus, qui Benzelianæ gentis decora vel æquavit, vel auxit. Adeo vero numero & bonitate librorum, eo curante, crevit Bibliotheca Regia, ut novam hinc inſigniorum augmentorum periodum ordiri debeat. Caruerat enim huc usque plurimis illis Collectionibus operibusque, quæ Voluminum numero ac mole ſplendidaac ſumtuoſa hoc noſtro ſeculo prodie-

ierunt. Hæc itaque cum varii generis ibris optimis & rarioribus aliis, maxime iiſtoricis ſtatim muneri admotus BEN- ELSTIERNIUS Bibliothecæ comparavit nille amplius imperialium pretio.

§. XLVII.

A. 1735. e Typographia Arabico- Turcica, Conſtantinopoli recens inſtau- ata, huc acceſſerunt, benefica Legato- um ad Portam Ottomannicam Svecico- um induſtria, libri plurimi rariores. Ho- um, ut & Typographiæ iſtius novæ, revem deſcriptionem adnectere, non dmodum ab inſtituto noſtro alienum eſ- e duximus.

Judæos Conſtantinopoli libros He- raicos typis olim excudiſſe, res eſt no- ſſima. Primum, poſt utiliſſimæ artis iventionem, librum, cui titulus, *Le- 'io parvulorum*, h. e. *Lexicon Ebraicum*, eic a. 1488. prodiiſſe, auctor eſt WOLF- IUS in Bibl. Hebr. T. 2. p. 1367. Offi- inam aliam Typographicam, eamque imtuoſiſſimam pariter & elegantiſſimam nte C. & quod excurrit, annos, ſub au- icio CYRILLI LUCARIS, Patriarchæ Conſtantinopolitani, heic inſtruere para-

vit NICODEMUS METAXA, Monachus Græcus, ſed ſucceſſu ob Jeſuitarum molimina irrito.

A. 1726. prodiit Conſtantinopoli libellus manu exaratus, *de Typographicæ artis utilitate*, cujus Auctor JBRAHIM EFFENDI, præter Orientis lingvas, Latinam etiam callebat. Anſam iſte liber præbuit magno t. t. Veziro JBRAHIMO PACHA, Viro literarum amanti & curioſo, ut conſilium Sultano ACHMEDI III. ſuggereret, de inſtruenda Conſtantinopoli officina Typographica libris Turcicis excudendis. Conſultis itaque ſummo ſacerdote (*Mufti* appellant), ceterisque, quorum reſponſa in arduis rebus heic magni habentur, quum nulli non probarent hoc inſtitutum, Sultanus Privilegium inſtaurandæ ejusmodi officinæ JBRAHIMO indulſit. Is accitis e Germania artium fuſoriæ & impreſſoriæ peritis, eo ſucceſſu hoc in negotio verſatus eſt, ut decem annorum intervallo majoris etiam molis libros, ſat nitide impreſſos, immo Geographicis aliisque tabulis, æri affabre inſculptis, ornatos ediderit. Hos jam in Bibliotheca R. ſi paucos excepe-

ris,

ris, conſpiciendos, maxime ex JBRAHIMI ipſius & Legatorum Illuſtrium transmiſſa Relatione, horum cum indultu, recenſebimus.

Primo omnium prodiit Lexicon Turcico-Arabicum, *Van Kouli*, dictum, Auctore MEHEMEDO quodam, Muſtaphæ filio, nato in oppido *Van*, Provinciæ *Azerbegian*, Armeniæ majoris; mortuo autem Medinæ in Arabia: Doctiſſimorum Imperii Ottomannici Procerum, qui *Mevali* dicuntur, uno. Eſt translatio Turcica Lexici Arabici, cui titulus: *Al ſibah allogat li Jſmail ibn Hammad il-Gévhari*, vel brevius, *Sibahi Gévhari*. Auctor hujus *Jſmaël*, *F. Hammad il Gévhari*, vocabula uſitati ſui temporis Arabici idiomatis expoſuit, eoque obtinuit, ut natione licet Turca, apud Arabes tamen *ſermonis Antiſtes* audiret. Eſtque idem ſcriptor, qnem præcipue in componendo Lexico Arabico ante oculos habuerat Vir Cl. JACOBUS GOLIUS. Natus erat *Farabæ*, regionis *Maverain Nehr* oppido, unde juvenis adhuc per provincias *Jraki-Arab* & *Jraki-Agém*, ubi ſtudiis operam dedit, atque hinc per totam A-

rabiam, lingvæ originalis Arabicæ |
diſcendæ cauſſa, peregrinatus eſt. C
ri, de quo nunc ſermo, adjunctum
labum cernes plurium a binis iſtis Au
ribus conſcriptorum Tractatuum.]
thodus autem Lexici imprimis no
digna eſt. Dividitur in XXVIII. c
ta, tot ſcilicet, quot ſunt literæ al|
beti Turcici. Primo capite digeru
ordine vocabula, quæ in primam al|
beti literam deſinunt. Secundo,
in ſecundam, & ſic porro. Singula c
ta rurſus dividuntur in XXVIII. cap
la, quorum primum continet vocab
quæ a prima alphabeti litera incipı
ſecundum, quæ a ſecunda &c. Tan
etiam hæc ſingula capitula diſpeſcu
in XXVIII. particulas, quæ ſimili
vato ordine, ſecundum reſpiciunt v
buli elementum. Operi, quod duabus |
tibus & paginis 1422. abſolvitur, pret
XXXV. piaſtrorum, h. e. imperiali
Sultani quidem ipſius auctoritate, ſt
tum eſt; hodie tamen vix ultra XXV. I
pro illo Conſtantinopoli numerantur

II. *Tobvet ul Kibar*, i. e. Munı
gregium, Magnatibus dignum. Hi
riam continet rerum navalium max
mei

memorabilium in mari Mediterraneo, Archipelago, mari Nigro, palude Mæotide, mari Rubro, ſinubus Arabico, Perſico, Venedico, itemque ſuper fluvios Danubium, Boryſthenem, Euphratem, Tigrim &c. a Turcis geſtarum. Heic etiam deſcribuntur varii generis navigia eorumque diverſi uſus, cum annexa alphabetica ſerie omnium Turcicorum Ammiralium. Auctor eſt Kiàtib *Chélébi*, ex Promagiſtris Præfecti cujusdam Cancellariæ. Vir in plurimis ſcientiis verſatus. Liber in folio parvo editus, & quinque ornatus mappis, æri inciſis, tribus piaſtris emitur.

III. *Tarichi Seijah*, ſ. Chronicon peregrinantis. Latine primum a Jeſuita miſſionario ſcriptum, jam autem & Turcice redditum ab Jbrahimo *Effendi*. Venit alioqui inter Orientales hoc opus nomine *Aghuanian*; gentis quippe antiquæ Aghuanorum origines, in Perſidem irruptiones ac civiles motus deſcribit. Illis autem recentiores etiam Perſicas revolutiones laudatus Jbrahimus adnexuit. Editum eſt a. 1728. in fol. parvo, Alph. I. plag. 2. pret. 2. piaſt. cum 10. par. Verſionem hujus Latinam adornavit Cl. Clo-

DIUS, Arab. L. Prof. Lipſ. Conf. Erud. Lipſ. 1731. menſe Mart. ubi hoc recenſetur.

IV. *Tarichi Hindi Garbi.* i. e. ſtoria Indiæ Occidentalis ſ. Ame Opus 91. paginarum in 4:o. Heic graphorum antiquorum opiniones nullæ examinantur, Hiſpanorum a mericam itinera & expeditiones ena tur, & animalium quorundam ſtirp que Americæ deſcriptiones ſiſtuntu jectis iconibus, quarum tamen mor ſitas fabulam hinc inde redolere vide Quatuor etiam mappæ geographic chosmograph. ſuis locis inſeruntur. tium eſt trium piaſtr. Auctor igno Creditur autem eſſe ſupra laudatus TIB CHéLéBI, qui hunc fortaſſis libr Latino vel Italico idiomate transtuli

V. *Tarichi Teimour*, ſ. Hiſtori merlanis, ex Arabica in Turcicam gvam translata. Auctor eſt AREB *Sc* ſcriptor Arabs admodum celebris, ex annotationibus, manu Tamerla pſius in chartam conjectis, hanc riam Arabice, ſed ſtylo adeo tumi obſcuro, contexuit, ut a paucis in

geretur. Textum Arabicum edidit Jac. Golius Lugd. Bat. 1636. 4:o. Tranſlatio hæc, quam adornavit Nazmi Zade, Bagdadenſis Vir eruditus, continet paginas 129. in 4:o & proſtat 3. piaſt.

VI. *Tarichi Miſri Kadim ve Miſri gedid*: ſeu Hiſtoria Ægypti antiquæ & hodiernæ, auctore Suheili *Effendi*, Secretario Tribunalis Ægypti, Tomis 2. quorum prior 65. alter 51. paginas comprehendit. Opus compilatum ex variis MSS. codicibus Arabicis, quos ex hiſtoriæ & antiquitatum Ægyptiacarum penu ſat magno numero ad manus habuit Auctor, res Ægyptiorum perſequitur a creatione primùm ad cataclyſmum; hinc vero ad deſtructionem Circaſſorum, deprompta ex Arabum traditionibus narratione. Tandem victoriam Selimi, Turcarum Imperatoris, & Circaſſos ab illo penitus oppreſſos, deſcribit; atque ultimò catalogum ſiſtit Pacharum omnium, qui auctoritate & auſpicio Portæ Ottomannicæ Ægyptum gubernarunt. Pret. 3. piaſt.

VII. *Gul cheni Choulefa*, Roſarium Chalifarum, ſ. Hiſtoria Regum Bagdadenſium, nempe Babylonis, fol. Compoſu-

poſuit hanc idem ille, cujus meminimus, hiſtoriæ Tamerlanicæ Translator Turca. Traditur heic deſcriptio fundationis Babylonicæ; cui ſubſequitur ſeries chalifatici Imperii Regum & Principum, qui *Choulésai Abbaſſié* vocantur; addita brevi expoſitione eorum, quæ de ſingulis memoratu digna ſunt.

VIII. *Grammatica Turcico-Gallica*, brevem continens methodum addiſcendi lingvam Turcicam, in 4:o paginis 194. pretii 3. piaſt. Prodiit hæc quidem ſine nomine auctoris; ſuspicantur autem eſſe Jeſuitam Gallum; nam præmittitur Dedicatio ad Emin. Cardinalem Floriacum.

IX. *Kitâbi geban Numa*. ſ. Theatrum mundi, vel orbis totius, imprimis Aſiatici, auctore Arabe doctiſſimo Kiàtib *Chélébi*, qui navalem hiſtoriam & Americæ etiam deſcriptionem, opera nobis ſuperius commemorata, contexuiſſe perhibetur. Typographus Jbrahimus opus hoc auxit & ornavit, inſertis mappis geographicis non paucis, neque inelegantibus; quæ ſi coloribus diſtinctæ ſint, operi pretium conciliant 44. piaſtrorum.

X. *Takvim ou Tevarik* h. e. Annales, ſ.

ſ. Chronicographica mundi deſcriptio, auctore eodem Kiàtib Chélébi. Incipit a creatione mundi, proceditque in a. Hegiræ 1146. h. e. tertium Imperii Mahmudis, Sultani tunc regnantis, paginis 246. fol. pret. 5. piaſt.

XI. Liber Turcicus, *Nizamie* dictus: de variis belligerandi artibus apud Europæos uſitatis: Item variorum ſiſtens auctorum conſilia & regulas, pro coërcendis motibus civilibus & ſubigendis rebellibus. foliorum 48. pret. 1. piaſt.

XII. *Foujouzat i Miknatiſſié* Tractatus de vi & uſu Magnetis, translatus ex Arabico. Foliorum 23. in 4:o pret. 1. piaſt.

XIII. *Duæ mappæ geographicæ*, una *Caſpii*, altera *Nigri* maris, quæ ambæ ſatis accuratæ habentur.

XIV. *Ferhengvi Chou-ouri*. i. e. Dictionarium Perſico-Turcicum, ampliſſimum; cujus auctor Chououri, ex ſcribis Cancellariæ, Vir doctus & in Perſica lingva verſatiſſimus. Liber in fol. pret. 40. piaſt.

XV. *Tarichi Neima Effendi*. i. e. Liber Hiſtoricus. Neima eſt nomen auctoris, Poëtæ celebris, ex Præfectis illis Cancellariæ, qui *Hogégani Divan* audiunt.

Ini-

Initium ſumitur ab a. Hegiræ 1000. hinc vero usque in a. 1070. Turcarum cum aliis gentibus bella fuſe enarrantur duobis Tomis in fol. quorum pret. 25. piaſt.

XVI. *Tarichi Raſid Effendi.* Eſt continuatio ſuperioris operis hiſtorici usque in a. Hegiræ 1135. Auctor Rasid erat ex præclaris Judicibus Imperii Ottomannici, & Poëta inſignis, nam *Raſid* eſt nomen poëticum. Continet III. Tomos in fol. pret. 40. piaſt.

XVII. *Tarichi Chélébi Zadé Effendi.* Exhibet continuationem hiſtoriæ Ottomannicæ in an. Hegyræ 1141. uno Tomo fol. Auctor eſt etiam ex primis Imperii Judicibus, & Poëta inclytus, adhuc in vivis. pret. 5. piaſt.

Hiſce operibus nova Typographia Conſtantinopolitana eruditum orbem ditavit. Ultimo (h.e. ab anno 1735.) Hiſtoria illa Imperatorum Ottomannicorum ad Mahmudem noſtri temporis Sultanum quam nuper recenſuimus, prælum exercuit. Redigenda hæc erat, cura & diligentia Jbrahimi *Effendi* aliorumque, in arctiores limites, quæ CCC:tos Tomos MSS. antea complexa, in Bibliotheca Sultani ipſius, ingentis inſtar theſ-

auri, adſervari dicebatur. Fama eſt, Sultanum quendam, cui vaſtiſſimum hoc opus offerebat Auctor, injunxiſſe eidem, ut totum in Epitomen cogeret, quæ mole ſua LXXX. volumina non deberet ſuperare. Hoc autem mandato velut ictum fulmine miſellum Auctorem domum abiiſſe, & dolore confectum brevi occubuiſſe.

Præter hæc promiſit indefeſſus ille JBRAHIMUS *Lexicon magnum polyglotton* lingvarum præcipuarum Orientis & Europæ, colligendum & edendum, ſi neceſſarii ſumtus ipſi ſuppeditentur. Idem Typographiam Conſtantinopolitanam anno, quem dixi, laudabili cura & prudentia direxit, quinque ſuis filiis adjutus; nam ceteri operarii exotici, quos ſub ipſis initiis e Germania adſciverat, gliſcente rebellione, fuga ſibi proſpexerunt: ut mirum videri poſſit, indigenas Turcas artem omnem, etiam fundendi typos, tantillo temporis intervallo perdidiciſſe. Jam utem totum hoc inſtitutum in irritum cecidiſſe, Reſp. literaria & ſanctior Eccleſia jure merito indignatur. Sed e diverticulo.

§. XLVIII.

BENZELSTIERNIUS noſter, poſtquam Bibliothecariam ſpartam, more

quam Bibliothecariam ſpartam, more Fratris Erici, quondam Upſalienſium Bibliothecarii, tandem Sveciæ Archiepiſcopi, multiplici, & ſtudiorum, quibus ſe in primis dicaverat, limites non agnoſcente, rei literariæ cognitione, commercioque cum Eruditis exteris, aliquamdiu ornaſſet, Cenſoris Regii munus adiit a. 1737, & in eo pari cum laude verſatus eſt ad emortualem annum. 1746.

Interim (*) Præfectura Bibliothecæ R. devoluta eſt ad Olavum Dalin, Virum ab ingenio & ſcriptis Celeberrimum. Quanquam autem ille his annis relaxationem a Bibliothecariis curis, ob injunctam hiſtoriæ patriæ ſcribendæ ſpartam, indultu ſuperiorum, obtinuerit, iſtis tamen, quousque per hanc licuit, non omnino deeſſe voluit. Nihilominus commiſſa etiam ſpectatæ ipſius fidei graviſſima functione, informandi in literis Principem Regium & Hæreditarium, GUSTAVUM, quantam ſpem Patriæ! S:æ R:æ M:tati, in ſociam Bibliothecæ Præfecturam me adoptare, clementer placuit.

Aucta eſt proximis hiſce annis Re-

gia

(*) D. 10. Oct. 1737.

ia librorum ſupellex multiplici incre-
ıento. Non loquor ingentem pretio-
ſſimumque numiſmatum Romanorum
ıeſaurum, quem, cura & ſumtibus Re-
ni olim Senatoris, Ordinumque Regio-
ım Equitis & Commendatoris, Illuſtris-
mi Comitis Jacobi Cronstedtii, do-
ii, & apud exteros maxime, collectum,
ublicis uſibus emerunt, & novi Biblio-
ıecæ atrii ornamento dicarunt Regni
tatus incluti. Potius mihi heic com-
ıemoranda venit inſignis & ſelecta Bi-
liotheca numiſmatica, quam literarum
Iæcenas ille Summus, harumque ele-
antiarum peritiſſimus Arbiter ſumtu ne-
ue mediocri ſibi comparaverat; Tan-
em autem, quando illi, in Neſtorea æ-
ıte, præcipua *futuri cura* erat, Biblio-
ıecæ Regiæ emendam ceſſit. Uterque hic
ɔparatus pars quondam fuit ſplendidiſſi-
ıæ Bibliothecæ, quæ ſcriptores jam pa-
ios, vel rerum Sveticarum, tantum non
mnes, complexa, in amœniſſimo prope
roſiam prædio Cronstedtiano, *Ful-
rö*, hortorum & ambulacrorum deliciis
ndiquaque circum ſepta, conſpicitur.

§. XLIX.

Animus quidem fuit brevem heic ad-

dere

dere recenſionem Editionum Seculi XV:ti, quarum meſſem ſatis opimam poſſidet Regium librorum armarium; quum rariora jam Bibliothecarum ornamenta Eruditis hæc audiant, & iſtiusmodi Catalogi ſpecimen dederit Dilectiſſ. Frater meus in *Decadibus quinque* harum Editionum Bibliothecæ Upſalenſis: tum & de aliis, quibus heic aliqua copia eſt, libris rarioribus, immo Manuſcriptis codicibus, nonnulla ſcitu digna lubens adnexuiſſem, in gratiam eorum, qui tales obſervatiunculas, libro periodico, cui tit. *Hamburgiſche Beyträge*, a JOH. ERICHSON inſperſas, dudum prægustarunt. Sed quum prolixioris operis hæc foret commentatio, vela contrahimus, & coronidis loco, unicum tantum, ex editionum ſupra memoratarum agmine, librum, qui & primus multis putatur, recenſebimus.

Eſt is, *Speculum humanæ ſalvationis*, in 4to majoris formæ. Rarum omnino primitiarum typographicarum monimentum. Foliorum paginæ alternæ vacuæ ſunt, & glutine committendæ; textus enim totus, cui icones ſingulis paginis præ-

lduntur, non literis mobilibus, ſed in-
:gris ligneis tabulis inſculptus eſſe vide-
ır. Et atramenti color fuſcus, vel fla-
eſcens, iconumque deformitas, artis
nperitiam arguunt. Continet Biblicas
iſtorias inde a creatione ad reſurrectio-
em mortuorum, metrice enarratas,
;apitulis XXIX. ita, ut V. Teſtamenti
ypis hiſtoriæ ex Novo parallelæ appli-
entur. Procemium ſic incipit:

Probemium cujusdam incipit nove compi-
lationis,
Cujus nomen & titulus eſt, ſpeculum hu-
mane ſalvacionis.

Et finit.

Predictum probemium hujus libri de con-
tentis compilavi,
Et propter pauperes predicatores hoc appo-
nere curavi;
Qui ſi forte nequierint totum librum ſibi
comparare,
Poſſunt ex ipſo probemio, ſi ſciunt hiſto-
rias, predicare.

Catalogus MStorum R.CHRISTINÆ,
n Vaticano, quem dedit *Montfauconius*, ex-
ıibet *Speculum humanæ ſalvationis*, *verſi-*
bus Latinis conſcriptum, *figuris ornatum*,

per Martinum de Natalibus, *a.* 1133. Conferantur SCHELHORNII Amœnit. lit. item MAICHELIUS in Hiſt. Biblioth. Pariſ. p. 107. qui Belgice etiam prodiiſſe aſſerit. Et JORDANUS in Itin. lit. p. 19. ubi vidiſſe ſe ait in Bibliotheca Acad. Lipſ. *Speculum humanæ ſalvationis*, impreſſum a. 1459. a JOH. FUST, Moguntino. Denique *Piganiol la Force*, qui in Deſcript. nova Pariſ. binorum Speculi hujus exemplarium, Sorbonici & Cœleſtinorum, variantes annotavit. Immo mirum, libelli hujus vix inveniri exempla duo, quæ inter ſeſe exacte conveniant.

Notiſſima eſt inter Batavos & Germanos controverſia, de Typographicæ artis inventione. Qui a parte Harlemenſium ſtant, argumentum ab hoc Speculo petunt, quod Harlemi circa a. 1440. ligneis tabulis a JOHANNE COSTERO inſculptum, artem totam Germanis aperuiſſe contendunt. Itaque libri iſtius exemplar, capſula religioſe incluſum, Harlemenſes Senatores in hunc diem conſervare dicuntur.

Index Rerum.

A.

Aboenſis Bibliotheca. 67. *Aboenſe Gymnaſium* in Acad. mutatum ib.
Acciajoli (Bened. Zanob.) Hiſtoria bellorum Gothicorum. 184.
Alcorani codices. 65.
Allatii (Leonis) MSta. 82.
Alnandri Hiſt. artis Typ. in Sv. 18.
Anonymi Breviarum Hiſtoriæ Regum Gothicæ originis in Hiſp. 183.
Archivum Moguntinum in Sv. tranſlatum, 79. *Arch. Regni* reſtauratur. 22. Ejus Hiſtoria 7. incrementa 133. 178. *Arch. Stregnenſe.* 6.
Aria-Montani Epiſtolæ MS. 185.
Auſtriaca & Moravæ Bibliothecæ in Stockholmenſem. 40.

B.

Balbinus (Bohuslaus) & Hiſtorici Bohemici alii illuſtrantur & emendantur. 47.
Becker (Jodch.) Med. & Chym. 75.
Benzelſtierna (Guſt.) Bibliothecar. R. 194. Ejus in Bibliothecam R. merita ib. 206. Cenſor R. ib.
Beureus (Dionyſ.) 12.
Biblia Lutheri manibus terſa. 43.
Bibliopolæ in Svecia. 109.
Bibliothecæ, Aboenſis. 67. Bremenſis 80. Cronſtedtiana Fulleröenſis. 208. Bielkiana. 161.

Delagardiana 136. Dietrichſtainii (Franciſci) 46. Erbachiana. 32. Herbipolenſis. 29. Lundenſis. 178. Memmii, Præſidis Paris. 86. Monachales. 3. ex Moravia & Auſtria in Stockholmenſem. 40. Olomucentium Jeſuitarum. 41, Pernavienſis. 187. Petavii (Alex.) 85. Polonicæ, Cracovienſis Regia, 131. Poſnanienſes binæ & Vilnenſis ib. Ranzovii (Henr.) 45. Romana CHRISTINÆ. 113. Romenſis. 5. Salſtadenſis. 149. 162. Seefeldiana, f. Ringſtedenſis. 140. Sorana. 132. 133. Stephani (Henr.) 87. Stephanii (St. Joh.) Sorenſis. 132. 133. Stregnenſes, CAROLI, Ducis. 22. & Gymnaſii. 68. Sveticorum librorum & Hiſtoricorum Bibliothecæ. 149. Vatſtenenſis. 5. Vok (Petri Urſini, Dni de Roſenberg) 40. Voſſiana. 81. Upſalenſes, Academica. 14. 22. 27. Cathedralis. 4.

Bielkii (Sten.) Bibliothecam Regiam auxit. 161.

Biörn (And.) Deſcriptio Inſulæ Regiæ Stockh. 108.

Blomfeldt (Sam.) Secretarius R. ad Bibliothecam. 186.

Blondellus, quando in Sveciam venit. 74.

Bochartus venit in Sveciam. 74. 97.

Boczeck, nomen Bohemicum, unde? 48.

Bohemici Hiſtorici illuſtrantur. 47.

Bondiana domus, in qua collocatur Bibliotheca R. 174.

Boraſtus (Greg.) 20. 131.

Bourdelotius, qualis? 103. ſocietas literaria ab illo & Salmaſio heic inſtituta ib. Aula Svetica ejectus. 106.

urdonus, Pictor Gallus. 95.
abeana domus. In hanc transportatur Bibliotheca R. 191.
aunner (Joh.) Bibliothecar. & Cenſ. R. 185.
emenſis Bibliotheca. 80.
enner (Henr.) Bibliothecar. R. 186. Ejus vitæ curriculum, itinera & merita literaria ib. ſeq.
unsberga, Papiſtica Schola a CATHARINA JAGELL. dotata. 16.
reus (Jo. Th.) Biblioth. R. 23.
rmannus (Pet.) notatus. 91. 93.
rſeri Herbarium, unde? 141.
ſſovius (Joh.) 40.

C.

AROLI, Ducis, Bibliotheca. 22. Ejusdem, Regis in literas merita. 20.
AROLI GUSTAVI merita literaria. 127. Bibliothecam R. reſtituit & auget ib. ſeq.
AROLUS XI. Bibliothecam & Numophylacium R. auget. 156. Literatis impenſe favet. 158.
ſpii Maris & Daxartis fluvii accuratam delineationem, Stralenbergiano operi adjunctam, cui debemus? 190.
ATHARINA JAGELL. Brunsbergenſem Jeſuiticam Scholam dotat. 16.
HRISTINA I. Regina Conjux CAROLI IX. 23.
HRISTINA II. Regina. Ejus ingenium, & in literis ſcientiisque progreſſus. 39 Literatorum ſub illa felicitas. 76. Augmenta Bibliothecæ R. ſub ejus imperio 40. ſeq. Regimen abdicat 110. Bibliotheca Ejus Romana. 113.

Chronica Monachorum. 6.
Colbertus Sveco, Viro dato, ſtipendium Regis Galliæ obtinet. 135.
Collegia Jeſuitarum in Svecia. 18. Collegii Stockholmenſis Profeſſores. 17.
Coſmæ Pragenſis Chron. MS. 44.
Coyetorum literaria merita. 145.
Cronſtedt (Jacobi) S. R. Numophylacium Rom. & Numiſmatica Bibliotheca. 207.
Cracovienſis Bibliotheca Regis Pol. capta & reddita. 131.
Cunſtadæa, Bohemiæ Principum, ſtirps. 47.

D

Dalin (Ol.) Bibliothecar. R. 206.
Danske Warfru-tiden. 10.
Dela Gardii (Jac.) Elogium. 38.
Dela Gardii (M. G.) Bibliotheca Wennegarenſis reductioni obnoxia. 136. DelaGardius Mezeræum ſtipendio ſublevat. 134. Stephanii Codices MSti illi venduntur, & tandem Ant. Archivum atque Upſalenſem Bibliothecam augent. 133. Ulphilæ codicem a Voſſianis hæredibus redimit & Upſalenſibus donat. 64.
Diaria Monachorum. 6.
Dietrichſtain (Franciſci a) Bibliotheca in Stockholmenſem. 46.
Divionenſis Viri docti ſomnium. 124.
Dyalogus Creaturarum. 9.

E.

Edicta Regia, de editorum in Patria librorum exempla-

emplaribus Bibliothecis publicis tradendis. 172.
Edictorum Regiorum Collectio Schmedemanniana. 187.
Eraſmus Ludovici. 7.
Erbachiana Bibliotheca. 32.
ERICI XIV. in literas merita. 11. Epiſtolæ ib. Hiſtoria belli Danici. ib.
Evangeliorum Codex Antiquiſſimus. 179.
Expoſitionis cauſſarum expeditionis PETRI I. Czari, contra Perſas, quis Auctor? 190.

F.

Falck (Joh.) Biblioth. R. 152. 159.
Fechtenius (Petr.) illi heic commiſſa Typographiæ inſpectio. 15. Aquis ſuffocatur. 16.
FERDINANDI III. Imp. Liber thematum. 66.
Figrelius, Edm. vid. Griperhielm.
Freinshemius (Joh.) Biblioth. R. 69.
Freneus (Trichetus) venit in Sv. & numophylacio CHRISTINÆ præficitur. 105.
Fornelius (Laur.) Biblioth. R. 32.
Fuero Judzgo, Codex Legum Ant. Gotho-Hiſpanicarum. 182.
Fulleröenſis Bibliotheca. 208.

G.

Gariſſolus, an Sveciam viderit? 74.
Gaulmini MSta. 87.
GEORGIUS Podjebrat R. Boh. 47. 56.
Gerdes (Joach.) JC. Roſt. 70.
Globi argentei. 36.

Goldaſti MSta. 80.
Gothicorum Hiſtoricorum Collectio. 177.
Gripenhielm (Edm. Figrelius) Bibliotheca
ſicitur 148. 149. Ejus vita & merita
tus 153.
Gripenhielmius (Nic.) Bibliothecæ R. Direc
Ejus Bibliotheca Lundenſi Acad. don
Grotii (Hug.) ſcripta inedita. 83. Biblioth
84. Epiſtolæ cryptographice ſcriptæ.
GUSTAVI I. merita literaria. 7.
GUSTAVUS ADOLPHUS Academiam &
thecam Upſ. ditat. & inſtaurat. 26.
Gyllenklo (Jacobi) Bibliotheca & Numop
Stockholmenſem augent. 157.
Gyllenſtolpio (Nic.) Bibliothecæ R. inſpect
data. 159.

H.

Haniſius (Dav.) M. G. Delagardii Biblio
151.
Heinſius (Nic.) in Sveciam venit. 88. E
ria apud CHRISTINAM merita. 89.
Herbipolenſis Bibliotheca. 29.
Hiſtorici Bohemici illuſtrantur 47. ſeq.
Holbergii (Lud.) obſervatio. 145.
Hornio (Chriſtoph.) Bibliothecæ R. Inſp
mandata. 152.
Huetius venit in Sveciam, 74. 97. notat
98. Origenem exſcribit & edit. 100.
Bocharto controverſia ib.

I.

Jackes (Jac.) Biblioth. R. 154. 160. 169. 1

Jamblichi Codices. 82. 83.
Ibrahim, Effendi, Typographiæ novæ Turcicæ inſtaurator. 196. 205.
Jeſuitarum Collegia in Svecia. 18.
Incendium, quo Palatium R. cum Bibliotheca conflagravit. 168.
Inſula Regia, vulgò *Kongsholmen* deſcriptio MS. 108.
JOHANNES III. Rex literatiſſimus. 12. In partes Pontificiorum proclivis 14. Bibliothecam avitam auget. 15.
Joſephi Antiq. & de bello Jud. MS. 44.
Iſiodori Chronicon. 183.

K.

Kempe (Axelii) Aboenſis Bibliothecæ Hiſtoria. 67.
Koſtkarum, Bohemiæ Principum, familia. 52.

L.

Lavanna (Joh. B.) Geographia Hiſp. 183.
Laurentius Norvegus Jeſuiticam Scholam in Cœnobio inſulano Stockholmenſi aperit. 14.
Librariæ Monachales. 3.
Libri Papiſtici in Svet. lingvam tranſlati. 19.
Liljeana domus Bibliothecæ R. azylum poſt incendii cladem. 169.
Liliebladius (Guſt. Peringer) Biblioth. R. 174. Sparwenfeldianæ donationis libros recenſet. 277. Obiit 185.
Linde (Laur. von der) ſplendide vivit. 39.
Literatorum ſub CHRISTINA felicitas. 76.
Liturgiſtæ e regno fugiunt. 16.
Ludolphus (Ge. Henr.) ſocietatis lit. Stockh. Auctor. 73.

Ludolphus (Job.) Ejus apud Svecos literaria merita 71,
Lundenſis Bibliotheca a Sparwenfeldio aucta. 178.
Ludovici vid. *Eraſmus*,

M.

Maimonidis Jadchaſaka, recenſetur. 158.
MARIA ELIZABETHA, CAROLI IX, Filia. 23,
Matthiæ (Johannes) CHRISTINÆ Præceptor 39, Bibliothecam Gymnaſii Stregnenſis auget. 68.
Maurerii (Lud. Auberii) Commercium cum CAROLO GUST. literarium. 127. 128.
Mazariniana Bibliothecæ diſperſio. 87.
Meibomius quando in Sv. venit. 74. Romæ CHRISTINÆ Bibliothecarius. 114.
Memmii, Præſidis, Bibliotheca, 86.
Merſennus, an Sveciam adierit? 74.
Meſſenii (Joh.) Scondia. 20.
Meſſenius (Arn. Joh.) moriturus Bibliothecam ſuam CHRISTINÆ donat 20. Scondiam Patris recuperat ib.
Meurſii ἀνέκδοτα. 132. 133. 137. 141. 163.
Mezeraus ſtipendio ſublevatus a M. G. Delagardio. 134.
Moguntinum Archivum in Sv. translatum. 79.
Monachorum Diaria & Chronicia 6. Librariæ. 3.
Moravæ & Auſtriacæ Bibliothecæ in Stockholmenſem. 40.
Moyſes, Armenus, a Brennero illuſtratus. 189.

N.

Naudæus (Gabr.) Biblioth. CHRISTINÆ 105.

Nord-

ordbergiana Collectio ſtatutorum Eccl. 21.
orrelii (And.) ſtricturæ in Upſ. Bibl. Hiſt. 5.
orvegus, vid. *Laurentius*.
umopqylacium CHRISTINÆ. 36. Locupletatum a Nic. Heinſio 89. 92. Romam transvectum 116. Deſcriptum a Camelo & Havercampio 118. emtum ab Alexandro VIII. Papa. 119. *Numophylacium Regium* auctum a CAROLO XI. 156.

O.

brechtus (Elias) Bibliothecarum patriæ Inſpector generalis. 160.
delſtröm (Car.) Bibliothecar. R. 186.
lerii (Caroli) Itinerarium. 35.
lomucenſium Jeſuitarum Bibliotheca in Stockholmenſem. 41.
rigenis Codex MS. exſcriptus & editus ab Huetio. 100.

P.

atrum ſcripta mutilata. 19.
eringskiöldius (Joh.) Codices Sparwenfeldianos Archivo Ant. donatos recenſet. 178. Vitam Theodorici illuſtrat. 181.
ernavienſis Bibliotheca Stockholmenſem auget. 187.
etavii (Alex.) Bibliotheca in Stockholmenſem. 85.
ictorum celebrium Tabulæ apud CHRISTINAM. 36. 95. 96. Harum Collectionem emit Dux Aurelianenſis. 120. Picturarum æri ſculptarum Collectio Bielkiana in Stockholmenſem Bibliothecam tranſlata. 162.

Polo-

Polonica Bibliothecæ in Stockholmenſem. 131.
Pontinus Joh. Bibliothecarius R. 152.
La Porteus libros emit Regi JOHANNI III. 16.
Pragenſis Liber prægrandis. 42.

Q.

Quadrantinus. (Fab.) Jeſuita. 18.

R.

Ranzovii (Henr.) Bibliotheca. 45.
Raſis, Mauri, Hiſtoria Hiſpanica. 181.
Ravius (Chriſtian.) Biblioth. R. 129.
Relationum diverſarum politicarum Volumina. 111. 112.
Ringſtedenſis Bibliothecæ fata 140.
Roberti, Abbatis, Hiſtoria Hieroſolymitana MS. recenſetur. 138.
Romenſis, ſeu Wisbyenſis, Bibliotheca. 5.
Roſenberg (Petri Vok, Urſini, Dni de) Bibliotheca in Stockholmenſem migrat. 40.

S.

Salmaſius (Claud.) an Bibliothecarius CHRISTINÆ? 104. Ejus apud hanc Reginam gratia, & cum Is. Voſſio inimicitiæ 102.
Salſtadenſis Bibliotheca. 149. 162.
Sarenſe Chronicion v. *Zdiarenſe.*
Sarravii Epiſtolæ. 86.
Saxonis verſio Danica, Grammio memorata. 133.
Schmedemanni (Joh.) Collectio Edtctorum Reg. 187.
Scriptores editi & emendati ex Codicibus Bibltotheceæ CHRISTINianæ. 122.

Sec-

Seefeldiana Bibliothecæ ſata 140. Ejus pars donata Coyetio. 145.
Sepulcralium monumentorum auctoritas. 57.
SIGISMUNDUS III. Rei lit. fata in Svecia ſub illo 17.
Skyttius (Joh.) libros pro Conjuge & Filia CAROLI IX. coemit. 23.
Snorro mon. hiſt. in Sv. corraſit. 2.
Societates literariæ Stockholmiæ iuſtitutæ. 73. 75. Item a Bourdelotio & Salmaſio in aula CHRISTINÆ. 103. 104.
Sparmannus (Ol.) libris Sveticis Bibliothecam R. auget. 148.
Sparwenfeldii (Joh. Gab.) liberalitas in Bibliothecam R. 176. Ejus iter literarium. ib. Elogium. 178.
Speculum humanæ ſalvationis recenſetur. 209.
Stade (Diet. a) 46.
Statuæ antiquæ apud CHRISTINAM. 92. 96.
Stephani (Henrici) Bibliotheca. 87.
Stephanii Bibliotheca in Sveciam transvecta. 132. 133. Ejus codices MSti emti a DelaGardio in Upſalenſem transmigrarunt ib.
Stetinenſia MSta Stockholmenſem Bibl. augent. 81.
Stiernberg (Nic. Wolff.) an Biblioth. R. Stockh. 155.
Stipes annua Bibliothecæ R. conſtituta 172. 175.
Stockholmenſis Collegii Profeſſores. 17.
Stregnenſe Archivum. 6. Stregnenſes Bibliothecæ, Caroli, Ducis 22. Gymnaſii 68. Stregnenſes Epiſcopi, Regni Cancellarii. 6.
Svetieorum librorum & Hiſtoricorum Bibliothecæ. 149. 208.

T.

Tamerlani Effigies. 191. Hiſtoria. 200.
Thunius (Joſ.) Archivi R. Hiſtoriam illuſtravit. 7.
Trichetus v. *Freneus*.
Troilius (Jac.) Husbyenſ. Præp. Miſcellanea Eccleſiaſtica, MS. 191.
Turcica novæ Typographiæ Libri recenſiti 195. ſeq.
Turii (Nic. Mareſc.) Vitæ Obotritarum. 184.
Typotii (Jac.) de JOHANNE III. Elogium. 13.
Typographica artis primitiæ in Svecia 9. Typ. Officinæ in Sv. ſub Jeſuitis. 18. 19.

V.

VASEÆ gentis primæ Memoriæ. 171.
Vatſtenenſis Bibliotheca. 5.
Weberi (Imm.) anecdota ad Hiſt. ERICI XIV. 11.
Wennegarnenſis Bibliotheca. 136.
Widechindi (Petr.) an Bibliothecarius R.? 150.
Ulfeldio (Cornif.) Ringſtedenſis donatur Bibliotheca. 142.
Ulphilæ Codex MS. 63.
Vok (Petr. Urſ.) v. Roſenberg.
Voſſius (Dionyſ.) 84.
Voſſius (Is.) Bibliothecarius R. ib. offenſam CHRISTINÆ incurrit. 102. Bibliothecam R. expilat. 106. 107. Ejus character & ultima fata. Ib. & 108. Woſſiana Bibliotheca. 81.
Upſalenſis Bibliothecæ Acad. initia. 14. 22. Incrementa. 27. 29. 178. Bibliotheca Cathedralis. 4.

Upſalenſibus ſtudioſis clementer proſpicit CAROLUS IX, 21. Academiam reſtituit. 22.

Z.

Zdiarenſe Chronicon, 46. ſeq.

Errata ſic Corrigantur.

P. 29.	l. 23.	Germanice.
32.	19.	Tityre.
44.	6.	FERDINANDUS.
53.	8.	Mareschalkovi.
72.	6.	SIGISMUNDI.
100.	2.	Reginæ.
121.	11.	de Correge.
122.	ult.	Piganiolis.

7.

[illegible]

[illegible]

NOV 14 1928